
2345

Magia Vistoriana

R
467





R. 469.

2

+

DÆMONOMANIA PISTORIANA.

MAGICA ET CABALISTICA

morborum curandorum ratio, à Ioanne Pistorio Niddano, Medicinæ quondam, nunc Theologiæ Papisticæ Doctore, ex lacunis Iudaicis ac Gentilitiis hausta, pòst Christianis propinata.

Cum Antidoto prophylactico

IACOBI HEILBRONNERI, Doctoris Theologi.



Excusa Lauingæ typis Palatinis, Anno M. DCI.


B
BIBLIOT
IMPÉRIAL
DU
PANTHÉON
P

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI AC DOMI-no, Domino FRIDERICO, Duci VVürtembergico & Teccio, Comiti Montisbelgardi, Domino in Heidenheim, Domino suo clementissimo.

Illustrissime Princeps, Domine Clementissime. Posteaquam Iohannes Pistorius Niddanus, Protei et Ecceboli Sophistæ instar, formas se vertit in ōnes: ex Medico vir politicus, ex politico Theologus, ex Lutherano Caluinianus, ex Caluiniano Pontificius factus: Ecclesiæ tandem illius, ad cuius castra, relictis et abnegatis prio-

bus religionum generibus, concessit, patrocinium vel defensionem suscipere aggressus est: magni nominis Theologis certamen in causa religionis indixit: quos cùm promptos paratosq́; esse animaduertit, tergiuersari cœpit: cùm de Ecclesia Christi militãte, eiusdemq́ notis ex sola Scriptura sacra, vt postulauerat, et pollicitus fuerat, disputandum esset, ipse de Dialectica litem mouit; gladium illum Spiritus splendidè ostentatum, nunquam in manus sumsit, nec ad eius vsurpationẽ

aduersarios admisit, donec ludificatis non tam Theologis, quàm Principibus, cæterisque spectatoribus, colloquium suo arbitrio abrupit, & quod prouerbio dicitur, abiecta hasta, harena cessit.

Libros deinceps de spiritibus Lutheri virulentissimos scripsit, pauciores tamē, quàm promiserat: quibus doctrinam et personam ipsius omnibus exosam reddere conatus fuit.

Vnde scurra ille Ratisponensis, Conradus Vetterus Ienensis, Conradus Vetterus Iebusita: qui, vt merces suas pu-

tridas & venenatas facilius extrudat, Conradũ Andreæ, Iacobi Andreæ beatæ memoriæ, fratrem germanum se vocat, chartas suas de eodem Luthero hincinde volitantes, magna ex parte depromsit, mendacijs & calumnijs plus quàm diabolicis refertissimas, quibus se multi oblectant, deq́ illis, parte altera inaudita, iudicium & sententiam ferunt.

Alia quoq; scripta in lucẽ emisit Pistorius, quib. non tã Ecclesiam orthodoxã, celebrẽ illam confessionem, quam Augusta-

gustanā vocant, in Imperio R.
concessam & approbatā, eius-
demq́; antistites pro virili oppu-
gnat, calumniatur, insectatur,
quàm omnes à se dissentientes,
sub nomine & appellatione τῶν
νεοπίστων, ad monomachiā vocat,
sibiq́; fortiter imaginatur, se v-
niuersæ turbæ Theologorū or-
thodoxorum, quos Pontificij,
Prædicantes vocare cōsueue-
rūt, esse formidab. ita vt secum
nemo prorsus in harenā descē-
dere ausit, haud secus ac gygas
ille Goliath toti exercitui Is-
raël terrorem incussit, id quod

alij quoq; ex castris illis contra Christum eiusdemq; Ecclesiam militantes, de ipso sentiunt & scribunt.

Beatam igitur putant sedem & Ecclesiam Romanam, quæ tantum nacta sit Atlantē, qui vel solus labascentem Ecclesiam fulcire & instaurare, quin etiam à Luthero & alijs reuelatam meretricis Babylonicæ turpitudinem, splendida quadam veste contegere, imò meretricem impudentissimam in virginem purissimam & castissimā transformare queat.

Mira-

Mirantur interdum boni quoq;, unde homini Medico, politico, πολυπράγμονι, tanta sapientiæ & eruditionis opinio, tantaq; confidentia plus quàm Herculea. Nam μηδ' Ηρακλῆς πρὸς δύω, ne Hercules quidem, ob fortitudinē pro Deo habitus, aduersus duos par eße dicitur. Et de Ænea scripsit Homerus Iliad. 5.

Αἰνείας δ' οὐ μεῖνε θοός περ ἐὼν πολεμιστὴς,
Ὡς εἶδεν, δύο φῶτε παρ' ἀλλήλοισι μένοντε.
Haud stetit Æneas, alioquin strenuus armis,
Conspexit simul atq;, duos consistere iunctos.

Hic verò multis simul certamē offerre non dubitat: hic ante prælium certam sibi pol-

licetur victoriã. Hũc sibi ducẽ & antesignanũ ipsi Iebusitæ, eruditionis alioquin singularis opinione turgidi, constituunt.

Hæc res occasionem mihi dedit, de studijs & actionibus ipsius pristinis paulò acrius inquirendi: cumq́; certior factus essem, ante aliquot annos, cùm medicam artẽ exerceret, libellum ab ipso scriptũ ac typis euulgatũ esse, qui magiã saperet non destiti, donec exemplum quoddã istiꝰ libelli nactus sum.

Quo perlustrato, deprehẽdi inter alia, super peculiari quodam

dam

dam capite, admirabilẽ quãdã, quam ipse vocat, potẽtiam, ad morborũ curationẽ, in VERBIS ET NOMINIBVS quibusdam positam, eamq́ ita cõparatã, ut publicè doceri nõ debeat, de qua obscurè loquendum, imò tacẽdũ sit, ne deuoretur ab Azazele per iudicij proprietatem. Vidi in obscura illa imagine vel delineatione, scalã quandã, interuallis graduũ distinctam, quos magna contẽtione Angeli sursum deorsumq́ transcendant, quibusq́ varia imponantur nomina. Descriptos animaduerti tres Hori-

Horizontes, Horizontem, in-
quam, temporis, & infinitæ æ-
ternitatis: Horizontem æter-
nitatis temporalis: Horizon-
tem mūdi supersupremi, qui o-
mnes desināt in EN SOPH,
à quo vsque ad hominē sint 50.
Intelligentiarum portæ, vnde
vis quædam admirabilis in vo-
ces emanet, omnipotentiæ di-
uinæ radius quispiam singula-
ris, virtus ποιητικὴ in nos ab An-
gelis administris deducta. Sē-
sus nonnullos in dictis quibusdā
sacris, præsertim verò in nōine
Dei יְהוָה quod τετραγράμματον vo-
cat,

rat, latêre didici. Vidi triginta duas semitas à Iudæorum maioribus Rabinis Cabalæis traditas. Percepi magiæ & Cabalæ Iudaicæ commendationem, quam totam (quod in primis de homine, quem Christianum esse aut fuisse opinabar, auditu mirũ mihi videbatur) solus Messias perceperit.

Quandoquidem verò res istæ magna ex parte antehac mihi fuerunt incognitæ, nisi quod de Cabalisticis et Schemhamphoristicis Rabinorũ nugis ac blasphemijs, præsertim

verò

verò, quomodo Iesus Nazarenus per artem illam in Sancto Sanctorū repertam, miracula edidisset, q̄dam lectione perceperam; libros quosdam, à quorū cōspectu alioquin haud immeritò semper abhorrui, & Cabalisticos aliunde conquisitos, nō sine negocio inspexi, legi, donec magicam illam & Cabalisticā curandi rationem, obscurè admodum à Pistorio proditam, & metu Azazelis magna ex parte occultatam, aliquantò clariùs perspexi.

Animaduerti ipsum disciplinam

plinam Cabalisticā magna ex
parte ex Iohannis Reuchlini
vel Capnionis Phorcēsis L. L.
Doctoris, scriptis & bibliothe-
ca Iudaica, Pforzhemij asser-
uata, hausisse. Ille .n. nō tantū
Rabinorum somnia Cabalisti-
ca Año 1517. tribus libris com-
plexus fuit, Leoni X. Pontifi-
ci Romano dicatis, sed charta-
ceam quoq; rei suæ familiaris
penuriam, quam vocat, aperu-
it, ac Rabinorū libros, ex qui-
bus illa collegerit, ordine ostē-
dit, quibus postremo loco accē-
set librū quēdam Salomoni, no-
mine Razielis, inscriptū, qui
sit fictio magica. Etsi

Etsi verò de scriptis Capnionis illi9, præsertim verò de Cabala & speculo illius oculari, acris fuit & diuturna eo tēpore controuersia, à Iacobo potissimùm Hochstratensi, artiū & Theologiæ professore, hæreticæ prauitatis per Coloniēsem, Moguntinensem & Treuirensem prouincias inquisitore: Iohāne quoq; Pfefferkornio, ex Iudaismo ad Christianismum cōuerso, qui de abolēdis quibusdam Rabinorum libris, à Maximiliano I. Romanorum Imperatore ex castris

Pa-

Patauinis Anno 1509. mandatum acceperat, excitata: ego tamen, quantum ad Cabalam attinet, viro alioquin doctißimo, & de Republ. Christiana præclarè merito, qui se primum omniũ linguam Græcam in Germaniam reduxisse, & Ecclesiæ vniuersali artẽ ac studia sermonis Hebraici condonasse atq; tradidisse scribit, nihil detractum volo: sed pro eius defensione mihi sufficit, quod ex toto contextu, in forma dialogi scripto, animaduerti, ipsum Pythagoræ, quem

S. Chrysostomus Magum fuisse scripsit, & Rabinorum de Symbolica Philosophia & Cabala opiniones duntaxat, citra sententiæ suæ interpositionem, referre voluisse, quo nomine prædicto Leoni se excusauit.

Nec sanè totam illam artem, per verba & nomina quædam, morbos curandi, in illo Capnionis Dialogo expressè vel speciatim positam reperi, sed quædam ex alijs quibusdam libris magicis deprompta

prompta fuisse deprehendi.

Inter alia verò, tanquam in speculo contemplari mihi videbar Pistorianæ medicationis, nec non sapientiæ, vel potius Sophisticæ, Doctores ac Præceptores, non tàm Rabinos, quàm Angelos.

Posteaquam enim Simon Judæus Cabalistarum dogmata de quinquaginta portis intelligentiæ, & duabus atque triginta semitis sapientiæ, ordinè & nominatim recensuit, addidit, rem illam maximam

Art. Cabal. lib. 3. fol. 55. b.

 vim

vim habere ad cohortandum nos, vt fermè ſemper cum Angelis verſemur in contemplatione ſummarum & diuinarum rerum, quibus ſi familiares eſſe cœperimus, nihil nobis fore aut dictu aut factu difficile. Familiaritatem eam conciliari per literas, quæ illorum munus ſint. Si enim viginti duæ literæ adhibeantur decē numerationibus Belima, ſilentio dignis, illudq́ literarū collegiū quinquaginta portis diligenter applicetur, inde ſeptuaginta duorum angelorum

felicem

felicem ſeriem comperi, quibus Sembamphores, id eſt, nomen expoſitorium illud magnũ ſummi DEI conſtare perhibeatur. Nam viginti duo ad quinquaginta addita procreare LXXII. Hos eſſe angelos fortes vniuerſæ terræ, per quos Moſes putetur mare vsq; ad ſiccum diuiſiſſe, &c. Idem refert felicem Cabaliſtam per Cabalam, id eſt, recepti & crediti ſemitam, tenebras erumpere & proſilire in ſplendorem, quo attingat lumen, & ſic à lumine migrare in lu- Fb. 1. fol. 23. b.

cem, & per lucem, quantum humana mēs capere poßit, verum luminare (ENSOPH) comprehendere sub modo Entis, non autem non Entis: Cumque frequenter hac via ad supercœlestia & inuisibilia transferatur, socium fieri Angelorum, perinde ac si sit domicilij supercœlestis quidā inquilinus, cum quibus tanquam viarum suarum comitibus, quandoq; ad altiora spatietur, animamq; Meßiæ visitet, quandoq; autem ad inferiores tàm cœlestes, quam cæ-

teras

teras naturæ virtutes angelico ductu, nec tamen sine propria ratione: Hinc oriri intimam Cabalistæ cum Angelis amicitiam, per quam aliquando nomina diuina ritè cognoscẽs, res admirandas conficiat, quæ vulgꝰ miracula nominet, quorum operatio Patrum memoria Cabalistis tam fuerit familiaris, ut ab inuidis sæpè ignominiosè versuti magici dicti fuerint, cùm semper ad salutẽ tendat Cabalæ artificiũ, cõtrà verò semper ad perditionem vergat magicæ vanitatis veneficium.

lib. 3. fol. 59. Idem Simon Iudæus docet: Magistros Cabalæ septuaginta duo nomina Angelorũ plurimùm venerari atq; colere, quibus miranda operentur, & mirabiliora, quàm dicere fas sit, teste Rabi Mnahem Racanat, qui in commentarijs Exod. 14. affirmet, hos characteres & has literas esse characteres volantes supernè in fundamento sapientiæ spiritualis, & esse administratorios spiritus seu præfectos ad faciendum omnem rem per eos, & operationes eorum esse notas Cabalistis. Cùm

Cùm igitur Cabalam illam Iudaicam ad cœlos vsq; extollat Pistorius, dum eam illustrem scientiam, arborem raritatis, & disciplinam appellat grauißimam, cui ipse bonum studium nauârit, quæ ad admirabilem vel potius prodigiosam illam medicinam vtilis sit ac necessaria, quamq; totam solus Meßiah perceperit; dubium non est, quin ipse quoq; intimã cum septuaginta duobus illis Angelis, quib. Schemhamphorasch, vel nomen expositoriũ tetragrammati יהוה

 consta-

constare, quoq; ipsum Meßiā miracula edidisse à Iudæis perhibetur, contraxerit amicitiā.

Illorum enim in verbalis suæ medicinæ descriptione honorificam facit mentionem, quod scalam, per quam in nos illabatur quatuor literarum Dominus, graduū interuallis distinctam Angeli magna contentione sursum deorsumque transcendant, quodq; inde ab Ensoph per tres finitores, eorumq; portas quinquaginta, vis vocum admirabilis ab angelis administris in nos deducatur.

Quid

Quid mirum igitur, ſi Piſtorio dictu aut factu non ſit difficile, quod alijs Cabaliſticæ & Schemhamphoriſticæ diſciplinæ ignaris, ἀδύνατον eſſe videtur? Omnes enim non tam Iudæi, quàm Chriſtiani norunt & fatentur, creaturas illas ſpirituales, ſapientia, agilitate, potentia, nos mortales longiſsimo poſt ſe interuallo relinquere.

Cùm autem duplices ſint Angeli, boni & mali, qui omnes totum mortalium

genus

genus ingenij acumine, agilitate, robore ac potentia longißimè vincunt, proxima quæstio est, an boni vel mali sint angeli, quibus cum artificio Cabalistico familiaritas & amicitia contrahitur?

Hîc opus, hîc labor est: cùm Satanas in angelum lucis se transformare soleat, & eiusmodi arcana varijs velaminibus ænigmaticis circumtecta tradantur, tum quia per multorum satellitum & Cacodæmonũ manus hæc ipsa trãsiuerunt, sicuti Paulus Ricius

us olim Iudæus Cabalista, postea Christianus in Isagoge Cabastica Augustæ Vindelicorũ anno 1515. impressa fatetur. Præfat. fol. 2. Conclus. 22. fol. 18.

Multa autem sunt argumẽta, quæ luculenter satis testãtur, angelis bonis cum doctrina & operationibus illis magicis atque cabalisticis nihil esse negocij. Inter hos enim & Iudæos incredulos, quales sunt & fuerunt Rabini Cabalistæ, nulla intercedit amicitia aut familiaritas. Sunt enim λειτουργικὰ πνεύματα, ministratorij spiritus missi propter eos, qui hæredi-

hæreditatem capient salutis.
Hebr. 1. Increduli verò Iudæi, salutis
hæredes non sunt, Christo
Mar. 16. teste: Qui non credit, condemnabitur; ideoq́ angeli beati ad ministeria ipsis præstanda à DEO non mittuntur.

Deinde ex Augustino & alijs scriptoribus Ecclesiasticis, quin etiam ex Iure Canonico, & Ecclesiæ Papisticæ Doctorum antiquorum & recentiorum consensu, in præsenti scripto abundè satis ostensum est, quid de Angelis illis, & occulto vel aperto homi-

hominum cum illis commercio
ſit ſentiendum.

Qui his contentus non eſt, legat integros tractat9 S. Augustini de illicitis artibus circa dæmonum cultum, deq́ theurgia, & epiſtola Porphyrij ad Ænebuntem Ægyptium, vbi ſcribit incantationes magicas, goëticas, theurgicas, ſub nominibus Angelorũ, ritib9 fallacib9 dæmonũ obſtrictas eſſe, hācq́ artẽ tāquā fallacẽ, & in ipſa actione periculoſam, & legib9 prohibitā, cauẽdā mõet: ſordidas animarũ purgationes (ſic etiā ſana-

De Ciuit. Dei, lib. 10. cap. 9. 10. 11.

ſanationes) ſacrilegis ritibus factas, Satanæ eſſe phantaſmata, qui miſeras animas multorum falſorumq́; Deorũ fallacibus ſacris cupiat irretire, & à vero veri DEI cultu, quo ſolo mundentur & ſanentur, auertere; totum hoc ad dæmones pertinere animarum ludificatores, & voluptaria ſibi ludibria de hominum erroribus exhibentes.

Porphyrius Platonicus, de cuius artibus ibidem diſputat Auguſtinus, ipſe quoq; fatetur, Dæmones aliorum Deorum

orū facies sibi assumere, Deos videri velle, ac potestatem ipsam eis præsidentem, DEVM maximum velle haberi. Et Jamblichus Chaldæus scriptum reliquit, malos spiritus in similitudinem bonorum sæpè transformari, iactabundosq́ venire, & supra quam sunt, sibi arrogare.

Non igitur statim credendum est, bonos esse Angelos, qui pro illis se venditant, & eorum loco à Judæis habentur. Hîc enim facilè nec sine atroci periculo erratur.

)()()(Fidu-

Fiducia quoq;, veneratio & adoratio, à Rabinis Cabalæis, Angelis istis tributa, docet, ipsos à Sanctorum Angelorum collegio esse alienissimos. Cabalæi enim, teste Capnione, fiduciam suam in illos collocant, eosdem inuocant & adorant. Boni verò Angeli hunc sibi honorem, quem soli DEO deberi nôrunt, tribui non patiuntur. Apoc. 19. 22. Mali autem Angeli eundem auidè appetunt, quorum princeps ab ipso

filio

filio DEI, adorationis cultum postulare ausus fuit.

Certum deniq; est, & apud pios extra omnem dubitationem positũ, bonos & Sanctos DEI angelos non iuuare incantationes magicas ac theurgicas, per characteres & literas, vel per voces & nomina quædam, præsertim verò per Tetragrammaton factas. Confirmarent enim superstitionem, idololatriam, incantationem, abusum nominis diuini ab ipso DEO prohibitum.

Quis alius igitur operationum istarum autor erit, quam ipse Diabolus eiusdemq́; Angeli dæmones?

Sed nec ipsi Cabalistæ hoc suum cum dæmonibus commercium prorsus celare potuerunt. Nunquam enim sic se transformare potest Diabolus, vt nullo prorsus se prodat indicio. Vbi enim arborē vel numerum ponunt decem proprietatum siue notionum in diuinis, quæ ab illis dicuntur בלימה, *hoc est, præter id, vel quod lingua constringen-*

dum

dum sit, tanquam sacrum vulgò non prodendum, quæ proprietates Belima singulæ singulis inscriptæ circulis, dicuntur Corona, cui imponitur EN SOPH, prudentia, sapientia, clementia seu bonitas, grauitas vel seueritas, pulchritudo, confeßio laudis, fundamentum, regnum: quæ omnia nihil habent arcani, quod vulgò prodendũ non sit, nisi magica quædam, vocibus illis tributa virtus, occultanda videretur: ibi ad latera clementiæ & seueritatis ponunt

Porta lucis fol. 1.41. De art. Cab. lib. 3. fol. 62.

dæmoniacos quosdam (sic e-
Ibid. fol. 63. *nim ipsi vocant) præfectos, triginta quinq; principes puritatis, ac septuaginta principes Ismaëlis: In latere grauitatis vel seueritatis ponunt pariter triginta quinq; principes reatus, & septuaginta principes Esau.*

De principibus, quos autore Porphyrio, puritatis vocant, quorũ inuocatione theurgica animis hominum purgatio promittitur, Augustinus scripsit : Quis non videat, hæc omnia fallacium dæmonum

D: Ciui. Dei, lib. 10, c. 10.

monum

monum esse commenta, nisi eorum miserrimus seruus, & à gratia veri liberatoris alienus? Simile iudicium esto de Principibus Ismaëlis & Esau.

Quandoquidem igitur sacro huic dæmonũ collegio, familiariq́ commercio, inde à multis annis se adiunxit Pistorius, tantum pro ingenij sui capacitate profecit, vt verbis & nominibus quibusdam, non tam ægris sanitatem largiri, quam ex tenebris lucem, ex luce tenebras,

ex veritate mendacium, ex malo bonum, ex bono malum facere, ad quæuis aduersariorum argumenta, imò ad ipsius DEI oracula luce meridiana clariora, sophisticam quandā calumniam, vel fraudulentum κρησφύγετον excogitare, de quauis deniq; religione pro & contrà disputare haud difficulter queat.

Nam dæmones quoq; hostiliter alioquin, vt Augustini vtar verbis, insequentes, interdum sanant, aut potius sanasse videntur, cùm affligere

cessant,

cessant, fallaciter subuenientes, vtrobique nocentes: dum nunquam benefaciunt, nisi vt grauius inde redundet malū. Iidem sunt in rebus potissimū diuinis, & peruertendis dictis sacris, Sophistæ, vt astutissimi, ita exercitatissimi.

Quid verò de cura illa magica & Cabalistica, secundum ius diuinum & Canonicū (Ius enim ciuile alijs committo) nec non secundum orthodoxū vniuersæ Ecclesiæ consensum sentiendum sit, præsenti scripto pro mea tenuitate exposui.

An colloquio ac disputātione soleñi potißimùm ac nationali coram Imperij principibus & ordinibus, vti suadet, dignus habendus sit homo iste, non tantum Chamæleōte mutabilior, cothurno versatilior, sed dæmonomaniæquoq; ex iure & scriptis eorum quoque, qui eandem quam ipse religionem amplectuntur conuictus, alijs iudicandum relinquo.

Non dubito autem ipsum maiorem in modum à me offensum iri. Veritas enim

odium

odium parere solet, præsertim apud homines gloriæ mundanæ cupidos, & in authoritate aliqua constitutos. Meminisse autem illum velim sententiæ illius prouerbialis: Qui quæ vult, dicit, quæ non vult, audit.

Si impunè illi licet virum DEI, D. D. Martinum Lutherum beatæ recordationis, aliosq́; Theologos orthodoxos, partim in Domino beatè quiescentes, partim superstites, totamq́; Ecclesiam, Dominum & Saluatorem

suum

suum ex præscripto colentem, ac sacrosanctis mysterijs ritè vtentem, horrendis conuicijs & contumelijs ante hac inauditis lacessere: cur non liceat nobis ea de ipso dicere & scribere, quæ vera sunt, quæque ipse de magia sua dæmoniaca palàm sparsit? Cur non trabem potius ex oculo suo eximit hypocrita, priusquam festucam in oculo fratris aspiciat, aut reprehendat? Si quid simile de Theologo quodam Confessionis Augustanæ cognosceret, bone DEVS, quas in illum

&

& nos omnes diras euomeret? Nec eſt, vt mecum ea de re contendat, quin DEVM ipſum, incantationum magicarum primum ac ſupremum prohibitorem, ſi conſultum videtur, in ius vocet: cum ſanctis Patribus, cum antiquis Concilijs, aut, ſi placet, cum Pontifice ſuo, cum Thoma Aquinate, alijsque Theologis Scholaſticis, cum Laiolanæ ſocietatis patribus, apud quos hactenus in magno honore & pretio fuit, negocium agat. Quid aliud enim ego dico & ſcribo,

scribo, quàm quod ab illis ipsis ante me decretum, doctum & scriptum fuit? Si pœnituit: sacrilegæ impietatis pœnas, secundum leges suas canonicas, soluat mundo huic: & omnibus, quæ in mundo sunt, potissimùm verò opum & honorum cupidini vel tandem penitus valedicat, in eremum concedat, cutem more Baalitico flagellis ad sanguinis vsque profluxum castiget, sacco operiat, cinere aspergat, ex facultatibus suis eleemosynas largiatur, aut sanè pro delicti

atrocitate omnem suam substantiam ad pauperum alimoniam conferat: ad quas expiationis & promerendæ gratiæ rationes eò magis obstrictus tenebitur, quia in iustificationis suæ doctrina tales ipse præscripsit.

ET hæc quidem de præsentis Opusculi causa & argumento præfari volui.

Tuæ verò Illustrissimæ CELSITati, Clementissime Princeps, has pagellas humiliter consecrãdas & offerendas

duxi,

duxi, vt aliquod meæ erga eandem humilimæ obſeruantiæ extaret quantumuis leuidenſe argumentum. Animaduerto enim C. T. maiorum atq; anteceſſorum ſuorum principum laudatißimorum veſtigijs ſtrenuè inſiſtere: doctrinam ab omni idololatria & errorum fermento repurgatam, verumq; DEI cultum ſummo ſtudio tueri ac propagare: Eccleſiæ, hoc exulceratißimo ſeculo, varijs tempeſtatum ac perſecutionum procellis paßim obnoxiæ, curam indefeſ-

indefessā gerere: religionis orthodoxæ ergò exulibus, et vim iniustā patientib. ope ac intercessione suppetias ferre: quod vnâ mecū agnoscunt, fatētur, celebrā ,eamq́ ob causā pro C. T. vota faciunt multi non tam prouinciarū tuarū subditi, quā exteri diuersis in locis exn̄tes.

Deinde, quia Ill. C. T. ignotū non est, quantum damni in vinea Domini hactenus dederit Pistorius ille apostata: quibus ille lenocinijs nōnullos alios ad parem ἀποστασίας protraxerit, quàm virulēta contra ma-

gnum

gnū illū Germaniæ prophetā, D. D. Martinum Lutherū, adeoq́ contra omnes, doctrinā ipsius āplectentes, principes & subditos, ecclesiasticos & seculares, scripta ediderit: Colloquio Marchiobadensi ante aliquot annos inter Theologos wirtēbergicos & apostatā illū instituto, C. T. pro suo in religionē zelo singulari, interfuit, imò præfuit, sophistæ huius versutiā et πανουργίαν ipsa coràm aspexit. Tum etiā, quia in Ill. C. T. ducatu wirtembergico non tantùm natus, sed et Illustrissi-

strissimorū agnatorum tuorū, domini Christophori et domini Ludouici, Ducū wirtembergicorum, laudatiss. beatissimæq́ memoriæ Principū sumptib. clemēter ac liberaliter enutritus fui: quam ob causam æquum esse arbitratus sum, vt vel tandem aliquā grati animi significationē pro mea tenuitate exhiberem.

Oro igitur, Clementissime Princeps, qua possum animi subiectione, vt hoc munusculum chartaceum, materiā quandam non vbique obuiam,

eoq́ nomine C.T. vt spero, non ingratam, continens, serenâ fronte à me accipere, meq́; sua clementia complecti non dedignetur. Scripsi Neuburgi ad Danubium, 18. Martij Anno Domini 1601.

Illustrissimam Celsitudinem Tuam

Humiliter colens

Iacobus Heilbrunner D.
Ecclesiastes Aulæ Palatinæ Neopyrgicæ.

DÆMO-

DÆMONOMANIA PISTORIANA.

INter Angelos corporeos & ministros antiqui illius Draconis, qui seducit orbē, haud postremū. sed principem locum obtinent Magi.

Per hanc autem appellationem non *intelligo eos*, quos Persæ olim Magos appellabant, viros nimirum sapientes, philosophos, Astronomos, in omni doctrinarum genere exercitatos, doctrinæ Danielis Prophetæ, olim in Chaldea & Persia clariss. custodes. Ex quo hominum ordine quidā Regem Iudæorum, Christum recens natum, adorauerunt, eidemq́; munera obtulerunt, sicq́; quodamodo totius gentilitatis nomine homagium præstiterunt. Matth. 2

Magos autem vsitata loquendi

consuetudine, quæ in sacris quoq; literis græcis & latinis vsurpatur, eos voco. Qui supstitiosis, jure diuino & humano interdictis vtuntur artibus, cumq; Diabolo vel manifestum, vel occultum habent comercium; quales sunt, qui verborum quorundam, vel precularū recitatione, incantationib9, maximè verò diuinorum vel barbarorū quorundam nominū virtute dæmones adiurant: vel spiritus in vitro pascunt, per quos se prophetare mentiuntur: vel operatione diabolica præternaturales, fallaces, aut miraculosos quosdam effect9 producunt.

Quales fuerunt Magi Ægyptiaci, Iannes & Iambres, per quos Diabolus apud Pharaonē Regem resistebat Mosi, & miracula nonnulla imitabatur. Quorū Numeni9 quoq; Pythagoricus, referente Eusebio, meminit, Iañem & Iambren Ægyptios, magicis artibus præpotentes fuisse, vt

De. præp. Euā. lib. 9. cap. 3.

Mu-

Musæo Iudęorũ Duci, viro Deo coniũctissimo, soli resistere posse, à cunctis Ægyptijs iudicati fuerint.

Tempore Apostolorũ fuit quidam Simon Mag⁹ apud Samaritanos, qui religionem quidem Christianã, suscepto Baptismo, fuit amplexus, sed quia spritualibus Dei donis nundinationẽ quandam instituere, opesq́; acquirere cogitabat, sicq́; ostendebat, *cor suũ nõ esse rectũ* coram Deo, *sed in felle amariss. & nexu iniquitatis constitutum*, in hæreses prolapsus est atrocissimas. Act. 8.

Docuit enim, vnã tantùm in Diuinitate personã esse, quæ aliâs nomine Patris, aliâs nomine Filij, aliâs aliter se patefecerit: circumduxit muliérculam Helenam seu Selenem, quã finxit summi DEI ἔννοιαν, & omnium rerũ matrem esse. Ab hac enim Angelos, ab Angelis malis mundũ conditũ, & legem Mosis ac prophetias traditas Ire. lib. 1. cap. 20. Euse. li. 2. cap. 13. Epip. lib. 1. To. 2. Legend. SS. Petri. & Paul.

esse: cumq; angeli mundũ malè regerent, sumi DEI δύναμιν μεγάλην, in specie hominis, non tamẽ verum hominem, venisse, nec verè, sed putatiuè passum esse, & omnib⁹ ad se confugiẽtibus salutem dare: Legem & Prophetas tanquã á malis angelis, mũdi cõditoribus ortos, abiecit: Resurrectionem carnis negauit, magnumq; chaos fanaticarum opinionum sparsit, quas postea Menander, q & ipse Mag⁹ fuit, Cerdon, Valentinus, Saturnin⁹, Basilides, Marcion, & cæteri latissimè propagârunt.

Iren. lib. 1. ca. 21.

Romæ, quò ex Samaria se contulit, tẽporib. Claudij & Neronis Impp. p præstigias magicas ita inclaruit, vt iussu Claudij statua ipsi & ara collocata sit, cum hac inscriptione: Simoni Deo sancto. Tandem Petri & Pauli Apostolorũ precib⁹, præstigias ipsi detectas fuisse, & cùm in cœlũ se volaturum iactitasset, ex sublimi decidisse, & extinct⁹ fuisse dicitur. A-

Apud proconſ. quendam Cyprium, Sergiũ Paulũ, mag⁹ qdã pſeudopropheta, Paulo & Barnabæ reſtitit, q̃rens auertere ꝓconſulem, virũ alioquin prudentem, & veritatis cognoſcendæ cupidum, â fide Chriſtana & ſaluifica, qui licet Diaboli filius eſſet, omni dolo & ῥᾳδιουργίᾳ plen⁹, omnisq́; juſtitiæ inimicus, quibus titulis ab Apoſtolo inſignitus fuit, in tanta tamẽ erat autoritate, vt BarIeſu, vel, vt legendum noñullis videtur, Bariehu, hoc eſt, fili⁹ Dei, & Elymas, quaſi Meſſias DEI, appellaretur, qui, procul dubio, nomine illo DEi quatuor literarũ, quod τετραγράμματον vocant, ad magicas incantationes fuit abuſus. Act. 13.

De Magis quibusdam Perſicis, qui illorum, de quibus paulò antè dictũ eſt, veſtigijs minimè inſiſtebant, hiſtoriæ Eccleſiaſticæ autor Sozomenus ſcribit, quòd infenſiſſimi fuerint lib. 2. ca. 8. 9. 10.

Christianorũ hostes & persecutores, dum exẽpla q̃dam crudelitatis ipsorum in Christianos ꝑpetrata refert.

Cùm igitur Satan tempore veteris & noui Testamẽti, verbum Dei, eiusdẽq́; doctores orthodoxos, ꝑ Magos oppugnauerit: mirũ non est, si id ipsum hoc nostro seculo fiat, quo irã magnam effundit, omnesq́; neruos ad veritatis & Ecclesiæ Christi oppressionem intendit, sciens, tempus judicij
Apo. 12. in propinquo esse.

Etsi verò inter præsentis temporis pseudoprophetas neminem sciam, qui magiam dæmoniacam (illam enim in naturalẽ, artificialem & dæmoniacam partiuntur) publicè & palàm profiteatur: nec meum sit, de occultis singulorum artibus ferre judicium; intermittere tamen non debui, quin de magica quadã morborum curatione, à Iohanne Pistorio apostata ante aliquot annos, ex Rabinorum

norumquorundã lacunis impurissimis hausta, atq; in publicã lucẽ, paucis tamen, ijsdemq́; obscuris verbis euulgata, viros bonos nõ tam orthodoxæ, quàm ei, quã nunc profitetur, religioni addictos, admonerẽ: vt hominem istum, qui ore & scriptis virulentissimis, Illustrissimorum Principũ, & aliorũ Christianorũ aures à veritate auertere conatur, magnumq́; illum Ecclesiæ reformatorẽ, D. D. Lutherũ piæ & sanctæ memoriæ, atrocissimis calumnijs atq; injurijs insectatur, paulò rectius agnoscere discant.

Quamuis enim, pro sui defensione, prætendere posset, se ista pridem scripsisse, cùm annũ ageret ætatis vicesimũ tertiũ, sicq́; quodamodo inter delicta juuentutis, quæ his studijs se oblectauerit, ac pestiferum istud dogma, quasi venenum saccharo conditum hauserit, esse referenda; qua ratione excusauit Cornelius A-

grippa occultã suam philosophiam, quæ & ipsa multa magica, eaq́; dæmoniaca continet: se iuuenẽ admodum hos libros scribere aggressum fuisse: nullũ tamen in hunc vsq; diem scriptum vidi, quo magiã suam publicè sparsam reuocauerit; & offẽsæ remissionẽ à DEo & pijs hominibus petierit: id quod omninò fieri oportebat, si peccati illi⁹ grauitatẽ, datiq́; scãdali atrocitatem agnoscit, sicut Cornelius ille, quæ iuuenis scripserat, senex retractauit.

Epist. occult. phil. præfixa.

Quia religionem, quã aliquot annis amplexus fuit, publicis scriptis abnegauit & oppugnauit hactenus seq́; in errore hæsisse fassus est; magiã quoq;, quam publico scripto professus fuit, quaq́; longè grauius Deum offendit, quàm erroribus quibusdã Caluinianis, eadem facilitate abnegare, atq; ab illius studio & exercitio omnes salutis æternæ cupidos

dehor-

dehortari, simul etiam obsecrare potuisset, vt libelli illius sui exēplaria, sempiterna obliuione deleātur, Vulcanoq́; tradantur: sicut Ephesios, ad fidē Christianā conuersos, cū libris, artes curiosas continētibus, magnoq́; precio æstimatis fecisse constat. Quo nomine S. Cyprianus quoq; Episcopus Carthaginēsis Martyr à Gregorio Nazianzeno commendatur, quòd libros magicos, postquàm inter Christianos nomē suum profiteri cœperit, publicè proposuerit, de imbecillitate preciosi thesauri triumphum egerit, amentiam prædicauerit, ingētem ex illis flammam excitârit, diuturnamq́; imposturam igne absumserit.

Act. 19.

Nazia. orat. 10. Cypr. pa. 448. 26. quæ. 5. c. 5.

Sed nec hoc satis erat. Verùm si præceptis eius Ecclesiæ, cui se adiunxit, obtemperare voluisset, rigidum quendam ordinem monasticū pridem suscipere, pœnitentiæ per-

petuæ se committere, scelusq́; sacrilegij admissũ soluere debuisset. Quæ
26. quæ. 5. c. 5. pœna & satisfactio in iure Canonico ijs decreta fuit, qui artis magicæ professores, aut aliquos similia exercentes, consuluisse deprehenduntur: multò magis expiationem quandam duram suscipere tenentur ij, qui artem aliquam magicam ipsi exercuerunt aut docuerunt. Qua in re illum ipsum Cyprianũ, olim Magum, postea Christianum *imitari* potuisset, q
Nazia. ibid. nulla quidem *meriti* opinione, sed pœnitentiæ testificandæ gratia, post conuersionem, pecuniarum contẽtu, fastus compressione, corporis frenatione & puritate, cum prioris vitæ cupiditatibus ex diametro pugnante, in vestitu frugalitate, asperis item humi cubationibus & vigilijs, eos q priores hoc vitæ genus amplexi fuerant, multùm facileque superasse dicitur.

Quod

Quod cùm factum non sit, non succensebit nobis, si suspicemur, ipsum artem illã dæmoniacam, iam olim haustam, etiamnum exercere, atq; pro ingenij sui capacitate, tanto temporis interuallo, haud parùm in eius cognitione profecisse: præsertim cùm supremus artis illius magister, discipulos laqueis suis semel irretitos, haud facilè à se dimittat: id quod exempla superiùs citata, præsertim verò Simonis Magi, commonstrant: qui & ipse religionem non semel mutauit, ex Iudæo vel Samaritano Christianus, ex Christiano hæreticus factus: Magus verò mansit, pecuniæ & honoris interim cupidissimus fuit: quibus vitijs Pistoriū quoque obnoxium esse omnes nôrunt & fatentur, quibuscum aliqua cum ipso intercessit notitia, aut quibus studia ipsius & negocia πολυπραγμονικὰ sunt perspecta.

Anno

Anno ſupra milleſimum quin-
genteſimum 68. libellum quendam
Francofurti ad Mænum edidit, cui
titulum fecit: De vera curandæ pe-
ſtis ratione liber vnus: ſimul etiam
in titulo pollicitus fuit medicationē
paulò aliter propoſitam, quàm hac-
tenꝰ à cōmunibus practicis factū ſit.

Quæ in illo à cōmunium, quos
vocat, practicorum & medicorum re-
gulis atq; experimentis aliena ſunt,
ijs, ad quos res *iſta pertinet*, *diſcuti*-
enda relinquo. Vnum eſt, quod non
tam à medica profeſſione, quàm à
Chriſtiana religione longè eſt alie-
niſſimū, caput nimirum iſtius opu-
ſculi, parui & praui, poſtremum,
cuius verba ordinè & diſtinctè, inter-
poſitis gloſſematibus & antidotis q-
busdam, recitabimus.

Arrige igitur aures, amice le-
ctor, auditurus hominem, medica-
tionem quandam magicam, Iudai-
cam,

cam, superstitiosam, idolatricam, dæmoniacam, diuino & humano iure prohibitam, hominéque Christiano minimè dignam, ostentantem.

PISTORIVS.

An in verbis sit potentia admirabilis, quæ morbos sanet?

QVemadmodum pestis medicamentis & chirurgico auxilio sanaretur, & quo pacto victus ratio ægrotis nihil auxiliari posset, satis explicatum arbitramur superioribus locis. Sequebatur, vt vltimum caput curationis persequeremur, quæ pertinet ad efficiendam in nobis sanitatem, in quo quæri posset, quid vtile, quid ad valetudinem consequendam inutile: verùm hunc iam dimittimus; quoniam doceri publicè non debet: An tamen aliquis sit, operæ precium erit perscrutari.

GLOSSA.

TRadunt viri docti, qui de Magia scripserunt, eam horrere lucem & reuelationẽ, amare tenebras: tacen-

tacendo confirmari, efferendo exterminari. Quamobrem Magorum regulæ iubent, mysteria sua constanti taciturnitate celare. Sic enim scribit Henr. Cornelius Agrippa de Occultiore philosophia, siue de Magia, lib. 3. cap. 2. & lib. 4. §. 1. Quicunq; igitur nunc in hac scientia studere affectas, tam sacrum dogma, intra secreta religiosi pectoris tui penetralia, silentio tegito, & constanti taciturnitate celato. Sermonē enim tanta Numinis maiestate plenissimū (vt inqt Mercuri⁹) irreligiosæ mentis est multorum conscientiæ publicare: & diuinus Plato præcepit, non esse populo euulganda, quæ sacra in mysterijs sunt. Pythagoras quoq; & Porphyrius sectatores suos silentio religioso consecrabāt. Orphe⁹ quoq; ab his, quos sacrorū ceremonijs initiabat, silentij iusiurandum, cum terribili quadam religionis autoritate, exegit,

Sacrum dogma, sicut Auri sacra fames.

exegit, ne religionis ſecreta prophanis auribus traderentur. Hæc Agrippa.

Malæ hoc eſſe cauſæ & conſcientiæ indicium, Chriſtus ipſe docet Iohan. 3. Omnis, qui malè agit, odit lucem, & non venit ad lucem, ne arguantur opera eius. Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, vt manifeſtentur opera eius, quia in DEO ſunt facta.

Si enim eſſet ars legitima, & hominib⁹ ad valetudinis curã vel confirmationem ſalutaris, pro DEI dono eſſet agnoſcenda. Numerantur enim ſanationes inter χαρίσματα Spiritus ſancti; & à Syracide Medicina ab ipſo DEO creata, ac mortalibus donata eſſe dicitur. Nequaquam igitur occultanda, ſed publicè docenda eſſet. Arcana enim Regis celare bonum eſt; opera autem DEI reuelare & confiteri, honorificum eſt, Tob. 12. Quis

1. Corin. 12.
Syr. 38.

12. Quis det, inquit Moſes, Num. 11. vt vniuerſus populus prophetet, & det eis Dominus Spiritum ſuum. Non enim occultare cupiebat dona Spiritus ſancti, multò minùs ea alijs inuidit; ſed æmulationem in miniſtro ſuo Ioſua reprehendit.

Vnde apparet, merum eſſe figmentum, quod Rabini excæcati, de ſecreta quadam legis interpretatione, ſolis ſeptuaginta ſenioribus per Moſen clàm commiſſa nugantur.

Salomon Rex longè ſapientior fuit Piſtorio, multaq; arcana ἀκριβῶς cognouit; eorum verò nihil clàm eſſe voluit, ſed publicè de illis, coram aulicis & miniſtris ſuis, imò etiam coram externis, ex Ethnicorum prouincijs longiſsimè diſſitis, aduentãtibus, ad DEI gloriam, à quo admirandam illam ſapientiam acceperat, diſſeruit, 1. Reg 4.

PISTORIVS.

Priſc

PRincipes Medicorum curationis partes tres fecerunt, quarum vna in diæta consistit, cæterarum altera medicamentis, altera manibus sanat. Tot illi modos curandi, non plures, constituunt docere, & inducunt in animos hominum argumenta, tanquam probationes suæ opinionis. Sed nos iam dudum ab horum sententijs discessimus, ET IN QVIBVSDAM VERBIS ARBITRAMVR SANATIONEM POSITAM ESSE, quorum tractationem, tanquam curandi quartum modum, ad reliquos adiungimus.

GLOSSA.

VRit maturè, quod vult vrtica MANERE. Si anno, quo libellum hunc edidit, quo ipse ætatis annum egit vicesimum tertium;(natum enim se scribit 14. Febr. Anno 1546.) iam dudum à communi illa sanādi artis partitione discesserat, oportet ipsum in pueritia aut adolescentia constitutum, hac doctrina fuisse imbutum.

præf. Sp. Luth. ad Abbatē Campidonensem.

Eſt autem quartus ille, quem vocat, curandi mod⁹, ſupſtitioſus, idolatricus, magicus. Superſtitioſus, inquam, eſt; quia verbis vis & efficacia quædam, diuinitus illis non inſita, tribuitur. Idolatricus, quia honos ſoli DEO, ſanitatis autori, competens, inanibus quibusdam literis & ſyllabis adſcribitur, quibus ad ſanitatem in hominibus efficiendam DEVS vti non ſolet. Sicut idolatræ pro ſanitate infirmum (τὸ ἀσθενὲς) deprecātur, & pro vita rogant mortuum, & in adiutorium inutilem inuocant, Sap. 13. Ita Piſtorius ſanitatem quærit in verbis quibusdam, quibus multò minor vis & efficacia ineſt, quam idôlis.

Magicum eſſe hunc modum, ipſe poſtea fatetur. Magiam verò illā nec naturalem, nec artificioſam, ſed dæmoniacam eſſe, teſtatur S. Auguſtinus lib. 10. de ciuitate DEI, cap. 11. Quod

11. Quod ei (Porphyrio) videtur, herbis, & lapidibus, & animantibus, ET SONIS CERTIS QVIBVSDAM, AC VOCIBVS, ac figurationibus atque figmentis, quibusdam etiam obseruatis in cœli conuersione, motibus siderum, fabricari in terra ab hominibus potestates, idoneas VARIIS EFFECTIBVS EXEQVENDIS, TOTVM HOC AD EOSDEM *IPSOS DÆMONES* PERTINET, LVDIFICATORES ANIMARVM SIBI SVBDITARVM, & voluptaria sibi ludibria de hominum erroribus exhibentes.

Thomas Aquinas in secunda secundæ, Quæst. nonagesima sexta, de superstitionibus obseruantiarū Art. 2. docet: in his, quæ fiunt ad aliquos effect⁹ particulares inducendos, puta ad SANITATEM, vel ad aliquid huiusmodi, considerandum esse, vtrùm naturaliter videantur posse

tales effectus causare. Sic enim non esse illicitum. Licere enim causas naturales adhibere ad proprios effectus. Si verò naturaliter non videantur posse tales effectus causare, consequens esse, quòd nec adhibeantur ad hos effectus causandos tanquam causæ, sed solùm tanquam signa, ET SIC PERTINERE AD PACTA SIGNIFICATIONVM CVM DÆMONIBVS INITA.

Ibidem: Si simpliciter adhibeantur res naturales ad aliquos effect⁹ producendos, ad quos putantur habere naturalem virtutem, non est superstitiosum vel illicum. Si verò adiungantur vel characteres aliqui, VEL ALIQVA NOMINA, vel aliæ quæcunq; variæ obseruationes, quæ manifestum est naturaliter efficaciam non habere, ERIT SVPERSTITIOSVM, ET ILLICITVM.

Ibidem citat dictum Augustini,

ni, paulò antè positum, de dæmonibus, ludificatoribus animarum, & addit: Vnde etiam imagines, quas Astronomicas vocant, ex operatione dæmonum habent effectum. Cui⁹ signũ est, quòd necesse est eis inscribi quosdam characteres, qui naturaliter ad nihil operantur. Non enim est figura actionis naturalis principium. Sed in hoc distãt Astronomicæ imagines à Necromãticis; quòd in Necromãticis fiũt EXPRESSÆ inuocationes & p̃stigiæ q̃dam, vnde pertinẽt ad EXPRESSA PACTA cum dæmonibus inita. Sed in alijs imaginibus sunt quædam TACITA PACTA, per quædam figurarum & characterum signa.

Ibidem respondet ad obiectionem, quòd dæmonum virtus à DEO sit, ideoq; liceat eorum virtute vti ad aliquas huiusmodi im̃utationes faciendas, respondeo: ad Dominum

diuinæ maieſtatis pertinere, cui dæmones ſubſint, vt eis vtatur DEVS, ad quodcunq; voluerit: ſed homini non eſſe poteſtatem ſuper dæmones commiſſam, vt eis licitè poſſit vti ad quodcunq; voluerit, ſed eſſe ei contra dæmones bellum indictum. Nullo igitur modo licere homini dæmonum auxilio vti per pacta tacita vel expreſſa.

De tacito illo vel implicito cum dæmonibus commercio, prolixè diſputat Gregorius de Valentia comment. Theol. Tom. 3. diſp. 6. quæſt. 13. de ſuperſtitione vanarum obſeruantiarum, quæ medijs inutilibus minimè à diuina prouidentia conſtitutis, procurat commoditates ſiue animi, ſiue corporis, vt ſanitatem, prorogationem vitæ, ſcientiam rerum vniuerſalium, &c. quarum vna fiat cum explicita inuocatione dęmonum, altera cum implicita tantùm.

tum. Implicitam autem inuocationem, siue societatem dæmonis, latissimè patêre ait. Contingere enim, quandocunque quis ad ad aliquem effectum adhibet, tanquam efficacia media, talia, quæ in rei veritate sunt vana & inutilia, ex quo fiat, vt dæmon tunc facilè se eiusmodi vanitatibus immisceat, vt hominem vanitati deditum irretiat.

Inde facilè est Syllogismum conficere, quam argumentandi formam Pistorius à nobis postulat:

Qui ad sanitatem producendam talibus medijs vtitur, quæ ad producendum illum effectum naturaliter nullam habent efficaciam, ille vel expressum, vel occultum & implicitum habet cum Diabolo commercium:

Pistorius talibus medijs ad sanitatem procurandam vtitur, quæ ad hunc effectum producendum naturaliter nullam habent efficaciam, verbis nimirum, nominibus, & vocibus quibusdam: quæ inter media illa vana atq; inutilia expreßè referuntur:

Ergò Pistorius vel apertum, vel occultum aut implicitum habet cum Diabolo commercium.

S. Augustino, Thomæ, Gregorio Valentiano, adstipulatur Martinus quidam Delrius, qui societatis IESV presbyterum se vocat. Is enim anno proximè præterito, supra millesimum sexcentesimo, Disquisitionū magicarum libros sex Moguntiæ edidit, in tres Tomos partitos, vbi lib. 1. cap. 4. quæst. 3. pag. 83. quæstionem illam prolixè tractat: An verbis & incantationib9 vis insit morbos sanandi, aut mirifica perficiendi, quod inter alios Arabes ferè omnes, Cabalistas & recentiores Iudæos, Magos quoq; omnes sentire ait.

Probat autem non tam omnium Patrum, Thomæ, Gersonis, & Theologorum cunctorum, Vlpiani quoq; I. C. authoritate, quàm argumentis, nulla vocabula, siue verbis prola-

prolata, siue scripto comprehensa, siue sola & incomplexa, siue complexa & in propositionem vel orationem aliquam versu aut prosa relata, siue significantia, siue nihil significantia, siue Hebræa, siue alterius linguæ, siue dicta cum sibilo aut afflatu, siue aliter quomodocunq;, absente vel præsente ægro, nulla inquã vocabula vim habere naturalẽ, neq; artificialẽ, neq; supnaturalẽ, vulnera vel morbos sanãdi, vel noxas alias depellendi: vnde concludit, operationes istas prodigiosas fieri ministerio malorum Angelorum.

Inter alia meminit Spondani cuiusdam, Homeri interpretis, qui cùm Caluinianus esset iuuenis, axioma illud repetierit; DEI bonitatis esse, ad eiusq́; gloriam pertinere, tam admirandas effectiones creaturæ, nẽpe Dæmoni concessisse; postea verò resipuerit, & ad Catholicos (Papistas)

redierit. Quod ideo referre volui, vt appareat, non solum Pistorium ex duabus societatibus, Caluiniana & Dæmoniaca, ad societatem Iebusiticam transiijsse.

Videant igitur Iebusitæ, quem in Ecclesiæ suæ gremiũ receperint: curent, vt maturè satis pœnitentiam agat: societati dæmoniacæ palàm ore & facto penitus valedicat. Quod tamen haud facilè fiet, nisi à societate quoque Iebusitica vel Loiolana se seiunxerit.

PISTORIVS.

EA res à veteribus sæpè deliberata, multumque agitata fuit: vt quidam, cùm modum agendi non reperirent, visis tamen obsistere non possent, superstitiosos eos dicerent, qui assentirentur.

GLOSSA.

MOdus agendi interdum in rebus naturalib⁹ non reperitur: vt

vt quomodo magnes trahat ferrum, & multa alia, quorum exempla in libro Iob recensentur. Multa enim Iob. 38. sunt occulta in ipsa rerum natura. 39. Qui illis assentiuntur, atq; mirandam & infinitam DEI omnipotentiam inde agnoscunt, superstitiosi non sunt. Qui verò actionem aliquam verbis, aut rei alicui tribuunt, diuinitus non insitam: illi à superstitione immunes non sunt, etsi visus effectum monstrat.

Superstitiosè enim effectum illum tribuunt medijs, ad effectum illum producendum vanis atq; inutilib9, cuius causa in ipso Diabolo residet, q interdum ipse quoq;, DEO ꝑmittente, ad idolatriæ ac superstitionis confirmationem, miracula operatur; sicut Christus testatur, ad con- Matth. firmationem falsæ doctrinæ, editum 24. iri signa magna & prodigia, vt in errorem inducantur, si fieri possit, ipsi electi.

2. Thess. 2. electi. Et Paulus Apoſtolus affirmat, Antichriſti aduentum fore ſecundum operationem Satanæ, in omni virtute, & ſignis, prodigijs mendacibus, & in omni fraude iniquitatis in ijs, qui pereunt.

PISTORIVS.

Alij autem, philoſophi præſertim Platonici, in re ardua diuerſos modos effingerent, quamuis diſſentientes à vero & abhorrentes à Philoſophica integritate. Apanus celebris autor ait, quemadmodum direptus animorum in ægris & medico ſucceßionem valetudinis impedit, ſic copulatam vtriusq; mentem, confidentia quadam ægroti & impoſtura Medici efficere κατὰ συμβεβηκὸς ſanitatem. Quare putat, verbis nihil tribuendum, cùm totum ex fide ægri pendeat. Sed hæc nimis craßè diſſeruntur.

GLOSSA.

SI Apanum intelligit, qui Petrum de Abano Philoſophum ſe vocauit, celebris ille fuit Magus vel Necro-

cromanticus. Scripsit enim Heptameron, seu Elementa magica, in quibus docuit, qui dæmones singulis añi partibus, imò horis & diebus totius ἑβδόμαδος præsint, quibusq; verbis & characteribus ad colloquium illos allicere oporteat. Qui liber horribilis, flammisque infernalibus dignus, occultæ philosophiæ Cornelij Agrippæ pag. 556. adiunctus reperitur.

Iohannes Bodinus testatur, illum ad defensionem Magorum à Satana fuisse inspiratum, & comprobatum, eum fuisse Magorum omnium, quos habuerit Italia, facilè principem. Præfat. libri de Magorũ Dæmonomania.

Ab hoc & alijs istius farinæ præceptoribus, quid didicerit Magus ille noster, haud difficile est diuinare: Qui hoc præceptore vsus fuit, Diabolum ipsum habuit Rectorem, ita vt illi verè competat germanicum illud

lud prouerbium, quo quis cum diabolo scholas frequentasse dicitur.

Etsi enim autorem illum crassitiei cuiusdam arguit, quòd adempta verbis efficacia, sanitatis effectum ægri confidentiæ, & medici imposturæ attribuat, vnde sanitas κατὰ συμβεβηκὸς efficiatur; illū tamen à Pistorio in existimatione haud vulgari habitum fuisse, inde constat, quòd celebritatis nomine illum commendat. Si alius quispiam fuit Aponus, constat tamen ex hac ipsa allegatione, illum fuisse impostorem, qui & ipse verbis ad sanitatem efficiendam fuerit vsus, adeoq; cum Diabolo vel explicitum vel implicitum habuerit commercium, vt suprà est ostensum.

PISTORIVS.

IAmblichus notationem esse iudicat; verbis à Dijs inscriptam, quæ nos fugiat. Illis cùm sit cognita, flectat superos. Estq; hic error à vero non adeò longè remotus.

GLOS-

GLOSSA.

IAmblichus librum ſcripſit de Myſterijs Ægyptiorum, Chaldæorũ, Aſſyriorum, à Marſilio Ficino Florentino Venetijs vnâ cum alijs quibusdam opuſculis, Procli, Porphyrij, Syneſij, Pſelli, Alcinoi, Speuſippi, Pythagoræ, &c. editũ Añ M.IIID.

Si Deorum nomine Dæmones intelligantur, quos Gentilium ſacerdotes ſub *Deorum nomine* colebãt, quibus cognita ſit verborum notatio, eſt ſanè hic error à vero non longè remotus. Illi enim Barbara Magorum & mancipiorum ſuorum nomina intelligunt, quæ maiorem efficaciam, teſte ipſo Iamblicho, habere creduntur. Eò magis enim confirmant ſuperſtitionem illam magicam, quòd vis & efficacia quædam in ipſis literis & ſyllabis, quæ alioquin nullius ſunt valoris, recondita ſit.

PISTORIVS.

MArsilium legimus in imagine causam exquirere, quoniam verba rerum simulachra sint.

GLOSSA.

NEc verborum per se & in sua natura consideratorum, nec imaginum aliqua est efficacia, sicut non tam ex Dialecticorum regulis, quàm ex Augustino & Thoma Aquinate superiùs citatis constat.

PISTORIVS.

ALcinous & Psellus dæmonum auxilio, quod verbis tacitè significamus, arbitrantur nos consequi.

GLOSSA.

HI rē acu tetigerunt, Quia. n. verbis per se nulla inest efficacia, oportet, vt effect⁹ aut à Deo aut à Diabolo proueniat. DEVS verò non operatur sanitatem per verba. Nulla enim hac de re extat promissio aut reuelatio.

Nec iuuat Magicas incantationes, à se prohibitas. Alioquin enim sibi ipsi foret contrarius: sed per herbas, radices & alia terrâ nascentia sanitatem largitur, vnde medicinam ex terra creasse dicitur, Syrac. 38. Ergo Diaboli auxilio, per hunc curandi modum, æger sanitatem consequitur.

Alia est ratio precum & Sacramentorum, *Baptismi* ac Sacrosanctæ cœnæ Dominicæ, vbi vis & *efficacia* non in nostra verborum recitatione, sed in DEI promissione & ordinatione consistit. In verbis, herbis & lapidibus magna virtus esse dicitur, p̄sertim verò in verbis Christi magna fuit virtus, teste Centurione Capernaita; tantùm dic verbum, & sanabitur puer me⁹. Nā & ego homo sum sub potestate cōstitut⁹, habēs sub me milites, & dico huic, vade, & vadit, Matt. 8.

&c alij, veni, & venit, & seruo meo, fac hoc, & facit.

Virtus verò non ab ipso sono literarum, sed à persona dicẽtis & imperantis, proficiscebatur. Si alius quispiam millies ad ægrum absentem vel præsentem, absque speciali DEI dono aut mandato, ijsdem vtatur verbis, quibus Christus vsus fuit, nullus sequetur effectus.

PISTORIVS.

SVnt, qui vel oratoris magici animam eleuari existiment, vt materiæ mundanæ imperare poßit, vel sermonem dicant magicum certis influentijs illigari. Quamobrem si opus sequatur, ex cœlo, non è verbis, effectum esse.

GLOSSA.

QVia Oratores magici, Diaboli sunt mancipia, non abs re dicitur, ipsorũ animas eleuari ad principes & potestates, mundi dominos rectoresq;, adeoque ipsorum sermones magicos certis influentijs illigari:

ri: opus igitur ex cœlo, non è verbis, si quod sequatur, effectum esse. Ex cœlo nimirum illo sublimi, de quo Apostolus scripsit, nobis luctam esse πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, contra spiritualia nequitiæ, vel spirituales malitias in cœlestib9. Ephes. 6.

PISTORIVS.

HI omnes nobis deserendi sunt.

GLOSSA.

NOn quòd nimis malè, sed quòd nimis crassè & apertè de causis effectus verborum vel sermonis magici disseruerint.

PISTORIVS.

OBscurè autem de obscura vera causa loquendum est, contra omnes, qui à nobis dissentiunt.

GLOSSA.

SI profiteretur artē homine Christiano dignam, salutarē ac necessariam, haudquaquam obscuritati,

ſed perſpicuitati ſtudēdum eſſe cenſuiſſet. Verùm mala conſciētia prohibet, quò minùs apertè, & perſpicuis verbis animi ſenſa in lucem ꝓferre auſus fuerit. Interim φιλοτιμία καὶ δοξομανία prorſus tacere non permittit.

PISTORIVS.

EXordiemur à Domino quatuor literarum, qui ſcalæ inſidens, formas, & ὀσίας in Iacob ſubiectum hominem explicat, varijs medijs vſus.

GLOSSA.

EXordium & fundamentum totius ſtructuræ iſtius magicæ, falſum & vanum eſt, ex nugis Iudaicis depromtum. Nullas enim ὀσίας in Iacob ſubiectum hominem explicabat יְהֹוָה quem ipſe Dominum quatuor literarum vocat, quòd nomen illud DEI proprium, ſit τετραγράμματον, hoc eſt, quatuor literarum: nec ægrum ſanabat; nec ad eiuſmodi effectus

fectus producendos varijs vtebatur medijs: taceo, quòd non sedisse, sed scalæ innixus stetisse dicitur: sed Iacobum somno & mœrore animi oppressum, pollicitatione multiplicationis, possessionis terræ Chanaan, seminisq; benedicti, solabatur.

נִצָּב
עָלָיו
יִצַּב
stetit erectus.

PISTORIVS.

SCala enim est, per quam in nos illabitur, interuallis graduum distincta, quos magna contentione Angeli sursum deorsumq; transcendunt.

GLOSSA.

PEr scalam illam Christus fuit adumbratus, per quem solum in cœlum ascendimus, teste & interprete ipso Christo Iohan. 1. Amen, Amē dico vobis, videbitis cœlum apertum, & Angelos DEI ascendentes & descendentes super FILIVM HOMINIS. Iohan. 3. Nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit, Filius hominis, qui est in cœlo.

Per interualla graduum, inter ascendendum apprehendenda, verbum DEI, promissiones Euangelicæ de DEI misericordia, & gratuita remissione peccatorum, Baptismus, Absolutio, Sacrosancta Cœna Dominica intelligi possunt, tanquam media, per quæ Christi beneficia in nos illabuntur, quibusq́; fides in nobis accenditur, augetur, corroboratur, donec ad optatā metā perueniamus.

Hac scala relicta aut remota, Magi aliam fingunt, interuallis quibusdam graduū distinctam, per quā hostis filij Dei piorumq́; hominum, in ipsos Magos, cæterosq́;, quos illi subijciunt, quiq́; ipsorum operâ utuntur, illabitur, quos magna contentione mali Angeli sursum deorsumq́; transcendunt. Est enim Diabolus quodammodo Simia DEI, qui ipsius actiones, si non ipso facto, quod in multis ipsi est ἀδύνατον, pstigijs tamen qbusdam, imitatur. Hoc

Hoc ipſum agnouit & fatetur iſtius artis peritus, Henricus Cornelius Agrippa, libro de vanitate ſcientiarum cap. 46. vbi de Magia theurgica ſcripſit, pleroſq; putare, illam non eſſe illicitam, quia bonis angelis, diuinoq́; numine regatur: cùm ſæpiſſimè tamen ſub Dei & Angelorum nominibus, malis dæmonum fallacijs obſtringatur. Summa autem blaſphemia eſt, quando Diaboli opera, Domino quatuor literarū, hoc eſt, ipſi Iehouæ; magnaq; impietas, cùm malorum dæmonum actiones, bonis & ſanctis Angelis attribuuntur.

PISTORIVS.

PRimus itaq; inter aſcendendum nobis notiſſimus eſt, & Natura dicitur. Reliquis varia imponuntur nomina, & infinitarum rerum neq; modus vllus, neq; finis inueniri poteſt.

GLOSSA.

NEc primis, nec intermedijs, nec supremis gradibus, aut Angelis sursum deorsumque transcendentibus, in historia illa Iacobi Patriarchæ, certa imponuntur nomina: nec infinita fuit scala illa, cùm super terrã stetisse, & cacumine cœlum tetigisse dicatur, ideoq; graduum quoq; non fuit infinitus numerus.

Per naturam intelligere videtur Naturam Angelicam hominibus notissimam, interprete Reuchlino, qui ex sententia Rabinorum scripsit, homines per Angelos Deo iungi Tetragrãmato ineffabili; in quo primùm resplendeat Angelorum nobilissima Natura. Quod verum esse non potest. Non enim Angelorum, sed solius DEI natura in Tetragrammato illo יהוה resplendet, quam ob caussam nec Angelis nec hominibus nomen illud competit.

De Arte Cabal. lib. 3. fol. 59.

PISTORIVS.

Progre-

PRogrediemur tamen, quoad possumus, & tentabimus, sitné aliqua breuis infiniti comprehensio, an de hac omninò desperare oporteat. Horizon temporis & infinitæ æternitatis: Horizon æternitatis temporalis: Horizon mundi supersupremi, de quo Hieremiah: Et supra Iubilæum mittet radices suas. Et Sopher Amah exponit: Peleg Elohim Male Maijm.

GLOSSA.

VAria & multiplex ἀντιλογία vel contradictionis implicatio. Primùm enim affirmat, infinitarum rerum neq; modum vllum, nec finem inueniri posse. Mox subijcit, esse aliquã breuem infiniti comprehensionem.

Horizontes, cum Rabinis cæcis cæcorũ ducib9, tres constituit, quorum primum vocat Horizontem tẽporis & infinitæ æternitatis, cùm in infinita æternitate nullum sit tempus, & infinita æternitas sit ἀπερίγραπτος, nulloq; Horizonte circumscripta.

Gülzi-ne Schir-eisen.

Alterum vocat Horizontem æternitatis temporalis, cùm nulla sit aut esse possit æternitas temporalis. Quod enim æternum est, temporale esse nequit; quod tẽporale est, æternum non est.

Tertium appellat Horizontem mundi supersupremi, cùm extra vel supra mundum nullus sit loc9, adeoq́; nullus Horizon. Horizon enim est loci visibilis circumscriptio, vel terminus, vnde & nomen habet.

Hunc Horizontem mundi supersupremi, cùm de prioribus duobus nihil testimonij in medium proferre potuerit, præterquàm Rabinorum somnia, probare conatur manifesta verborũ Ieremiæ Prophetæ deprauatione, cap. 17. Benedictus vir, qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius: et erit quasi lignum quod transplantatur super aquas, quod ad humorem (vel riuũ) mittit

mittit radices suas. In hebræo extat nomen יוּבַל quod significat Riuum vel fluxum aquarum, à verbo vel radice יָבַל fluxit, profluxit. Ibi Pistorius pro יוּבַל posuit יוֹבֵל, qua voce sonitus vel clangor tubæ, ann⁹ quoq; Iubilæus propter clangorem tubæ sic dictus notabatur. Exod. 19. Leuit. 25. Iof. 6.

Etsi verò eædem sunt in vtraq; dictione consonantes, & puncta tantùm vocalia diuersitatē faciūt significationis: tamen ex contextu quiuis facilè intelligit, hoc loco legendum esse יוּבַל, non יוֹבֵל. Loquitur enim Propheta de arbore iuxta riuum aquarum plantata, cui confert eum, qui fiduciam suam ponit in Dominum, eodem planè modo, quo regius propheta Dauid eum, qui non abijt in consilio impiorum, & in via Psal. 1.
peccatorum non stetit, & in cathe-

dra illuſorum non ſedit, ſed in lege DEI meditatur die ac nocte; comparat arbori, ad riuos aquarum plantatæ, quæ fructum ſuum fert in tempore ſuo, cuius folium non marceſcet. Vbi extant vocabula פַּלְגֵי מַיִם Diuiſiones vel riui aquarum, quibus Sopher Amah, q de reconditis Pſalmi vndeuigeſimi ſcripſit, dictum illud Ieremiæ expoſuiſſe dicitur: Peleg Elohim Male Maijm, hoc eſt, Riuus Dei plenitudo aquarũ, vel, Flumen Dei repletum aquis.

Quid, obſecro, hoc pertinet ad Horizontem mundi ſuperſupremi, de quo Ieremiæ prophetæ eo in loco nihil venit in mentem?

Duplici verò fuco vſus fuit, quòd locum vel caput Ieremiæ non citauit, vnde quiuis intelligere potuiſſet, illum ad præſens negocium nõ pertinere, quodq́; verba illa Sopher Amah absq; interpretatione recitauit,

uit, quam paucis cognitam eſſe nouit, quæq́; manifeſtare potuiſſet, hebræas illas, quas recitauit, ac latinis literis poſuit voces, à præſenti inſtituto tanto interuallo diſtare, quanto cœlum Empyreum, quod ſupra & extra mundum hunc aſpectabilem, Scholaſtici, Caluiniani, & Iebuſitæ fabricârunt, eiusdemq́; fundamenta ex doctrina Cabaliſtica vel Thalmudica ſumpſerunt, *à riuulis vel fluuiis terreſtribus diſtare dicitur.*

Si Rabinus ille Sopher Amah, qui in ordine Cabaliſtarũ inter præcipuos ponitur, per flumen Dei repletum aquis, Horizontem illum mundi ſuperſupremi intellexit, nihil ad nos Chriſtianos pertinet, cùm ex Eſaia Propheta conſtet, Iudæis omnium Prophetarum libros fore inſtar libri ſignati.

Reuch. li. 3. fol. 51.

Eſa. 29.

PISTORIVS.

SI igitur aliqua est infiniti perceptio, his tribus finitoribus vtcunq; tota scalæ, quæ supra naturam est, pars terminatur: definitq; in Ensoph, á quo vsq; ad hominem sunt quinquaginta intelligentiarum portæ.

GLOSSA.

SI Pistorius volat, habet pennas. Si scala infinita est, infinitisq; gradibus distincta, tum nullis finitoribus terminatur. Scala autem illa à Iacobo in somno visa, non fuit infinita. Si enim fuisset infinita, Iacob extremitatem eius videre non potuisset. At verò vidit extremitatem pertingentem vsq; ad cœlum, DOMINVMq; עֶלְיוֹן supremo gradui insistentem.

Cœli autem vocabulo non intelligitur Horizon quispiam mundi supersupremi. Isthûc enim visu pertingere non potuisset: sed cœlum illud spectabile, quod vulgò, & phrasibus

ſibus quoq; ſacris, cœlum dicitur, quando de volucrib⁹ & nubibus cœli ſermo eſt, vt & in deſcriptione turris Babylonicæ, quam turba Nimrodica ad cœlum vſq; excitare machinabatur. Gen. 11.

De Enſoph, & quinquaginta portis intelligentiarum, mira nugãtur Rabini, quos homines horribili cæcitate iuſtiſſimo Dei iudicio percuſſos, præceptores ſibi conſtituit Piſtorius.

Nomen ENSOPH ex duab⁹ dictionibus compoſitum eſſe aiunt, quarum vna eſt אין Non, Altera סוף Finis: ex illarũ compoſitione fit nomen Enſoph, quaſi dicas, infinitudo vel abyſſus, fons ſine fundo. Ita enim Reuchlinus, ſuperſtitionum Iudaicarum peritiſſimus, nomen illud interpretatur, & addit, illam infinitudinem à Cabaliſtis haberi pro regno omnium ſeculorum, imò pro ipſa Deitate ſine indumẽto. Quod

De arte Cabal. l. 3. fol. 53. 62. lib. 1. fol. 21.

Quòd enim in illo libro Hagenoæ Anno 1517. edito, non suam referat sententiam, sed Iudæorum verba & phantasmata, inde patet, quòd eo ipso in loco, vbi vocabulum Ensoph explicatur, Rabinus quispiam introducitur de Pauli Ricij, qui ex gente Iudaica ortus, Christianus factus fuerat, conuersione dicens: Quæ facilè nunc, vt arbitror, de libro Cabalistico compendij portæ lucis, quem Paulus *Riccius, vir egregiè do-*
fol. 62. ctus, quondam ex nostris vnus, nunc Christianus, ex Rabi quodam Castiliensi collegit, & de Isagogis, quas scripsit in Cabalam, discere potestis.

Eodem libro paulò antè: Paulus Riccius quondam noster. Hæc
fol. 52. verba non sunt Reuchlini, qui & ipse Christianus fuit; sed Simonis Iudæi, q in illo Dialogo introducitur. Quin ibidem palàm testatur, se nihil dicere velle; dicere autē magis & recensere, qd apud Cabalistas legerit. In

In fine operis Leonem X. Pontificem compellat, seq́; contra Iacobum Hochstratensem, & alios, à quibus accusatus fuerat, defendit, quòd breui compendio in Symbolica Pythagoræ philosophia, & Cabalæ sapientia, veterum opiniones atq; sententias recitârit, de quibus ipse mediocris ingenij & minutæ prudentiæ homo, nihil iudicare ausit, nec sanè iudicare velit.

Etsi verò Cabalistæ per quadraginta nouem intelligentiarum portas ad Ensoph vsq;, sua quidem opinione, progressi, mirum in modum sapere, atque in ipso DEI sinu quodammodo versari, eumq́; sine indumento contueri sibi videntur: Christiani tamē θεοδίδακτοι, cæcitatisq́; Iudaicæ gnari, haud difficulter animaduertunt, nomen istud, ENSOPH, vero DEO non competere, cùm inter multas & varias ipsius appella-

tiones, in ſacris oraculis expreſſas,
Exod. nuſquam reperiatur. Nec verò DE-
33. VS ſine indumento à mortalibus vi-
Iohan. 1. deri poteſt, ipſo Deo teſte: Non vide-
bit me homo, & viuet. DEVM ne-
mo vidit vnquam, Filius, qui eſt in
ſinu Patris, enarrauit nobis, qui &
ipſe ſine indumento, vel formæ cu-
iusdam humanæ, vel columnæ nu-
bis & ignis, vel angelicæ, nunquam
fuit viſus, donec veram naturam hu-
manam in ὑποςάσεως ſuæ vnionem
aſſumſit.

Iuſuper DEVS ferre non po-
teſt, vt homines, peccatis & corrupti-
oni obnoxij, ad ſe propius accedãt,
ſuamq́; eſſentiam & formam ſcruta-
ri, aut intueri conentur; ſed vult, vt
Exod. intra præſcriptos limites ſe contine-
19. ant, niſi mortis periculo ſe expone-
1. Sam. re velint. Bethſemitæ, viſa, contra
6. mandatum diuinum, arca nuda, hor-
Num. 4. ribili plaga diuinitus fuerunt per-
cuſſi,

cussi, qua perierunt virorum quinquaginta millia & septuaginta. Scrutator Maiestatis, inquit Salomon, opprimetur à gloria. Prouerb, 25.

Regno deinceps omnium seculorū, vel vitæ æternæ, appellatio ista Ensoph in sacris monumentis nusquam tribuitur. Nec sanè ad vel vltra supremam illam, quam sibi imaginantur, portam, mortalibus, dum carnem & sanguinē animalem, mortalem, corruptibilem circumferunt, patet aditus. Caro & sanguis, inquit Apostolus, regnum DEI possidere non possunt, sed oportet, vt τὸ φθαρτὸν priùs induat ἀφθαρσίαν. 1. Corin. 15.

Quî igitur, si Ensoph, infinitudo vel abyssus illa esset abyssus infernalis, Iudæis illis incredulis, eorumq́; sociis vel proselytis Iudaizantibus destinata? Infernus enim aliquoties in scriptis sacris Abyssus dicitur. Luc. 8. Dæmonia rogabant Iesum, ne impera-

ret illis, vt in abyssum irent. Rom. 10. Quis descendet in abyssum? Apoc. 9. Vidi stellam de cœlo cecidisse in terram, & data est ei clauis putei abyssi, & aperuit puteum abyssi, & ascendit fumus putei, sicut fumus fornacis magnæ.

Quî si Ensoph esset ipse angelus abyssi sine indumento, cui nomen hebraicè אֲבַדּוֹן Abaddon, græcè autem, ἀπολλύων, id est, perdens, Apoc. 9. ab Angelo habente clauem abyssi catena magna ligat⁹, & in abyssum ad años mille coniectus? Apoc. 20. Illius enim potestati traditi sunt Iudæi in incredulitate perseuerātes. In illis habet suam ἐνέργειαν Ephes. 2. Iuxta principem potestatis aeris, spiritus nunc agentis (ἐνεργοῦντος) in filijs diffidentiæ.

Hanc nostram sententiam confirmat, quòd in mysterijs quoq; Orphicis istius Ensoph fit mentio. Illo-
rum

rum enim Canon quintus sic habet: Qui scit circa primariam animalem Trinitatem operari, Palæmonem & Leucotheam adire, Nereum attrahere, Typhonem & Zamaêlem, noctem & Ensoph concordare: cur etiam opifex mundi Noctem consulat de opificio mundano, quod nec Proclus, nec sui imitatores, imò rari intellexerunt, concordabit id, quod superiùs meminimus, *Poros* nempe consilij filium: & intelliget, quomodo per octonarium numerum hymnorum maritinorum, corporalis naturæ proprietas designetur.

Paulus Scalich. in Thes. Myst. philos. pag. 125.

Orpheus autem poëta vel vates gentilis fuit, genere Thrax, pro filio Calliopes & Apollinis habitus, qui verum DEVM cum vel sine indumento non agnouit. Ille carminibus ad astra compositis dæmones inuocabat. Sic enim legitur in mysteriorum orphicorum Canone vndecimo:

Scalich. pa. 127

cimo. Qui intelligit, quomodo Ecclesia primitiua pellebat morbos & tempestates sub veneratione alicuius numinis, orando, aut scripta appensa seu alligata deferendo, intelliget carmen Orphei ad astra compositum: Vocibus ergo sacris iam dæmones inuoco puros: intelliget, cur sæpè ab eo nomine, cui aliqua veneratio impenditur, mirandas virtutes obtinemus: cur res materiales haud parùm sanctitatis & *virtutis* ex consecratione, præsertim sacerdotali, cõcipiant.

Ab hoc nimirum dæmone, ab Orpheo poëta Ethnico, & Rabinis, Diaboli mancipijs, Ensoph appellato, qui cùm immundus sit, purus, imò sanctus sanctorum dici & haberi vult, quiq; cùm sit Angelus noctis tenebrarumq; abyssi, pro Angelo lucis se venditat, à Pistorio inuocato, vel veneratione quadã accepta, per

portas

portas intelligentiarũ deriuatur verborum efficacia ad pellendum morbos. Id quod paulò pòst aliquantum clarius ipse fatebitur.

Accedit huc, quod Picus Mirandulanus, quem Pistorius semel atq; iterum citat, in noningentis suis thesibus sub titulo conclusionum Cabalisticarum fol. 107. ipse fatetur, idem esse Noctem apud Orpheum, & *Ensoph in Cabala.*

Idipsum igitur, mutato saltem nomine, agere haud imeritò censetur, quod teterrima illa Ophitarum hæresis olim fecisse legitur, quando serpentem coluit, qui Heuam seduxit, veluti sapientiæ authorem.

Quia verò serpentis nomen odiosum & maledictum est, aliæ confictæ sunt, ipsius Diaboli vel serpentis instinctu, appellationes, quæ sanctimoniam quandam præ se ferunt;

cùm ille ipſe ſerpens ſub illis lateat, inuocetur, operetur.

de Vanit. ſcien. ca. 47. Qua de re notatu dignum eſt, quod Cornelius Agrippa ſcribit, Ophitas, Gnoſticos, & Valentinianos, ex Cabaliſticæ ſuperſtitionis Iudaico fermento prodijſſe.

De arte Cabal. li. 3. fol. 52. De quinquaginta portis intelligentiarum, vniuerſitatis conditionem explicantibus, per quas intremus in creaturarum penetralia, ſcribunt Iudæorum Magiſtri, referente Capnione, illas omnes Moſi fuiſſe traditas, excepta vna, quia dictum ſit: Minuiſti eum paulò minus à Dijs. Super iſto Cabaliſtarum ſermone dixit Ramban in Geneſeos exordio, quòd eiuſcemodi omne Moſi traditum per portas intelligentiæ, contentum eſt in lege diuina Iudæorum, vel ſenſu literali, vel allegorico, per dictiones, vel Arithmeticas ſupputationes, vel geometricas literarum

rarum figuras, siue descriptas seu transmutatas, vel harmoniæ consonantias, ex formis characterum, coniunctionibus, separationibus, tortuositate, directione, defectu, superabundantia, minoritate, maioritate, coronatione, clausura, apertione, & ordine resultantes: per illam quoq; legem adeptum esse Salomonem Regem sapientissimum omne, quod nouerat, & omnia inuenisse in ea per expositiones suas, per grammaticas subtilitates, & per literas eius, & calamistrationes illius.

Mosen igitur legem diuinam peruestigasse tantummodò per nouem & quadraginta portas; quia Deus iuxta suam essentiam, vel iuxta ipsum suum tetragramatō ipsi non fuerit visus. Post illius mortem Iosuæ iterum vnam portam fuisse absconditam, & relictas fuisse tantùm quadraginta octo; Salomonem labo- fo.53.b.

raſſe ſuper illa porta ad reducendũ eam, ſed non potuiſſe.

Vides, amice lector, vnde Piſtorius Apoſtata tantam ſibi ſapientiam comparauerit, & ex quibus fontibus miraculoſam, vel potius prodigioſam illam ſanandi rationẽ hauſerit. Tranſcendit nimirum totam ſcalam, & ingreſſus eſt cum præceptoribus ſuis Rabinis cæcis, ducibus & adminiſtris Angelis, quorum paulò pòſt mentionem faciet, per omnes intelligentiarum portas, ita quidẽ, vt vno gradu, viro DEI Moſe, duobus verò, ipſius ſucceſſore Ioſua, & Salomone Rege ſapiẽtiſſimo factus ſit altior.

Quòd autem tota illa narratio de quinquaginta portis intelligentiarum, nihil in ſe contineat, prӕterquàm vanitates Iudaicas & illuſiones diabolicas, apparet primùm ex ſtulta illa & inepta allegatione pſalmi

mi octaui; Minuisti eum paulò minus ab Angelis; vbi in hebræo textu extat quidē vox מֵאֱלֹהִים à Dijs, sed nihil ibi agitur de Mose, verùm de Christo, eiusq; exinanitione & exaltatione.

Deinde ex encomio Mosis, quo omnibus alijs prophetis præfertur, Num. 12. si qs fuerit inter vos Propheta Domini, in visione apparebo ei, *vel per somnium loquar ad illū*: At non talis seruus meus Moses, qui in omni domo mea fidelissimus est. De ore enim ad os loquor ei, & palàm, & non per ænigmata & figuras Dominum videt. Quare ergo non timuistis detrahere seruo meo Mosi? Deut. 34. Non surrexit vltra propheta in Israël, sicut Moses, quem nosset Dominus facie ad faciem.

Tertiò ex ludicra illa & manifesta sacrosanctæ scripturæ deprauatione, quando ex literarum numeris,

figuris,

figuris, anagrammatiſmis, coniunctionibus, ſeparationibus, & ſimilibus ineptijs, allegoricos quoſdam ſenſus & myſteria colligunt. Qua ratione ex quouis dicto quiduis fieri poterit, donec genuino & literali ſenſu relicto, nihil certi remaneat. Has verò & ſimiles κυβείας eorū, qui ſcripta θεόπνευστα in luſum aleatorium

Epheſ. 4. conuertunt, vitare iubet Apoſtolus, quando nos ad perfectionem fidei & agnitionis filij DEI contendere iubet, ne ſimus pueri fluctuantes, nec circūferamur quouis vento doctrinæ ἐν τῇ κυβείᾳ τῶν ἀνθρώπων (alea veteratoria hominum) ἐν πανουργίᾳ πρὸς τὴν μεθοδείαν τῆς πλάνης, in verſutia ad inſidioſè fallendum.

Vident autem omnes mediocri iudicio præditi, in deſcriptione illa artis Cabaliſticæ, Rabinorū verbis ſuperius recitata, Cabaliſtas verba legis vel ſcripturæ ſacræ haud aliter, quā

more

more κυβευτικῷ tractare, ita vt hebræa vox קַבָּלָה nulla dictione græca rectius exponi queat, quàm si Cabalam, κυβείαν, eiusq; doctores ac discipulos, quos Cabalæos & Cabalistas vocant, κυβευτὰς, hoc est, aleatores vel veteratores, q sacras literas instar aleæ tractant, appellaueris.

Quartò, quòd Salomoni Regi sapientissimo, muliebre vel meretriceum quoddam calamistrum quodammodo in manus tradunt, quo voces diuinæ instar comæ ab ipso fuerint calamistratæ, donec per grammaticas subtilitates & literarũ transpositiones cabalisticas, tantam adeptus sit sapientiam, cùm ne verbum quidem ea de re extet, & historia sacra testetur, sapientiam illam fuisse in ipso singulare ac miraculosum DEI donum.

Quintò, quòd stulti isti ac cæci homines, non tam supra Mosen, quàm

quàm ſupra Salomonem, qui ſapientiæ nomine omnibus mortalibus præfertur, ſe extollere non verentur, dum quinquaginta intelligentiarũ portas ſibi apertas eſſe aiunt, quarum vna Moſi, duæ verò Salomoni fuerint clauſæ & abſconditæ.

Oportebat autem mendaces eſſe memores. Si enim Moſi, Ioſuæ, Salomoni, & reliquis populi Iſraëlitici gubernatoribus non omnes intelligentiarum portæ fuerunt cognitæ, veritati conſentaneum eſſe nequit, quòd ab illis per manuum traditionem fuerint acceptæ.

PISTORIVS.

IN his cauſa inueſtiganda eſt. Picus ait, Qui denarium Arithmeticæ formalis, naturamq́ primi numeri Sphærici perſpexerit, cognoſcet, quod reliquis obſcuritate occultatum eſt, ſecretum quinquaginta portarum intelligentiæ, magniq́ Iubilæi, & milleſimæ generationis, regnumq́ omnium ſeculorum.

GLOS-

GLOSSA.

HOc ænigma Iohannis Pici Mirandulæ Concordiæq́; comitis, extat in poſtremo capite noningentarum concluſionum, quas Romæ diſputandas exhibuit, fol. 113. Idq́; explicatur à Reuchlino de Arte Cabaliſtica, lib. 3. fol. 52. b. Cunctas res vniuerſaliter in quinas conditiones eſſe diſtributas. Eſſe enim aut Elementa, aut *Elementata*, aut animas, aut *cœleſtia corpora*, aut ſupercœleſtia incorporea. Horum fortaſsè quodlibet decem recipere conſiderationes, quarum capitula ſint: Denari⁹. Genera generaliſſima, genera ſpecialia, ſpecies generales, ſpecies ſpecialiſſimas, res indiuiduas, quæ vlterius conſtent materia & forma, vel quibusdam vtrinque proportionalibus, contrahiq́; ſingulariter differentijs, proprietatibus & accidentijs. Si itaq; ducatur ſphæra plana, ſiue circulus

decem

decem figurarum numeralium super centrum, quod sit quinq;, tanquam medium denarij, & in eius circumferentia particulariter denariæ supputationis numeri singuli describantur, transeatq́; diameter à minimo ad maximum, hoc est, ab vno ad nouem, cuius diuisio duos semicirculos efficiat à duobus ad octo, à tribus ad septem, à quatuor ad sex, à quinq; ad quinq;. Tum si maximo cuiq; tantum subtrahatur, quãtum abundat supra quinq;, quod sit sphæræ denariæ centrum, atq; idem suo minimo addatur, qui à quinque defecit, semper ex vtrisq; oppositis numeris, quinq; & quinq; adæquata surrectura. Quinarium illum numerum in circulo denariæ reuolutionis dici sphæricum. Eo per decem multiplicato, nasci quinquaginta, siue portas intelligentiæ, siue annos Iobelæos, cuius proportio dupla,

Numerus sphæricus.

Secretũ quinquaginta portarum.

pla, quæ ſit arithmetica formalitas, in ſe multiplicata, milleſimam generationem procreet; quod ſi perpetuò ſic fiat, apparituram infinitudinem, quæ ſit Regnum omnium ſeculorum, à Cabaliſtis Enſoph nominatum, & eſſe Deitatem ipſam ſine indumento.

Milleſima generatio.

Regnum omnium ſeculorũ.

Ex hac declaratione intelligitur non tantùm ſecretum illud Mirandulanum, ſed apparet etiam ſatis euidenter, ſub iſta verborum obſcuritate latêre Magicum quoddam artificiũ. Magi enim dæmoniaci ſphæras quasdam vel circulos & characteres formare, ſpiritusque exorcizare conſueuerunt, vt iuxta hunc circulum appareant: vti inter alia videre licet in Elementis Magicis Petri de Abano, & in pſeudomonarchia dæmonum, vbi ſpiritũ quendam, quorum nomina & officia iſthîc deſcripta ſunt, citare volentes, circulum

facere,& ſpiritum cum multa inten-
tione vocare iubentur.

Ibidem Concl. 56. & 57. capitis poſtremi, aliud quoddam myſteriũ Cabaliſticum reuelat Mirandulanus: Qui ſciuerit explicare quaternariũ in denarium, habebit modum, ſi ſit peritus Cabalæ, deducendi ex nomine ineffabili nomen 72. literarum (quomodo hoc fiat, infra ſuo loco dicetur) per præcedentem concluſionem poteſt intelligens in Arithmetica formali *intelligere*, quod operari per Schēhamphoras eſt proprium rationali naturæ. Eadem ijsdem verbis refert Scalichius in Myſterijs Hebræorum: canon 25.

Vnde eluceſcit, hanc, quam Piſtorius obſcurè docet, ſanitatis operationem eſſe Schemhamphoriſticã, à Iudæis, adeoque ab ipſo Diabolo ipſorum præceptore mutuatam.

Ecce verò ingens myſterium,
quod

quod intelligens poteſt intelligere, operari per Schemhamphoras, eſſe proprium rationalis naturæ: & vt ibidem alia concluſione docetur, neminem poſſe operari per puram Cabalam, qui non ſit rationaliter intellectualis. Quaſi verò nihil aut parùm intelligens neſciat, irrationalibus beſtijs nugas illas Iudaicas eſſe incognitas.

PISTORIVS.

NOs verò adiungimus, qui Picum aſſequitur, & LATENTES ſequentium dictorum ſenſus tenet: Et nomen meum Iehouah non indicaui eis: DEVS meus es tu; exaltabo te, confitebor nomini tuo, quoniam feciſti mirabilia: hunc non deſiderare vberiorem diſciplinam, quid & cur verba quædam in nos agant.

GLOSSA.

NVLli ſunt in verbis illis ſacris ſenſus latentes, ſed κατὰ τὸ ῥητὸν; vt ſonant & iacent, accipienda ſunt:

Quando autem ad alium ſenſum & vſum accommodantur, iſtorumque dictorum literis & ſyllabis, ἐνέργεια q̃dam, ad morborum curationem, vel ad alium quendam effectum producendum tribuitur: non fit illud ſine horribili & blaſphemo illorum abuſu. In hunc enim vſum nomen Dei nec reuelatum, nec ſcriptum eſt: ideoque ſi quis effectus ſequitur, is nequaquam DEO, qui omnes ſacratiſſimi nominis ſui abuſus, in lege ſua cum comminatione temporalium atq; æternarum pœnarum ſeueriſſimè prohibuit, ſed diabolo, tanquam cauſæ efficienti eſt tribuendus: qui & ipſe verbis ſacris vult honorari, vt ex Caietano refert Gregorius de Valentia, diſp. 6. quæſt. 13. p. 2.

Exo. 20.

PISTORIVS.

PEr tres igitur finitores illos ſummos, qui q̃nquaginta portas complectuntur, vis admirabilis

bilis in voces emanat, omnipotentiæ diuinæ radius singularis, virtus ποιητικὴ in nos ab Angelis administris deducta.

GLOSSA.

QVia de tribus illis, quos suprà nominauit, finitoribus, vt & de quinquaginta portis intelligentiarum, in sacris literis veteris & noui Testamenti, scriptorumque Ecclesiasticorum monumentis, nihil prorsus legitur: tales etiam finitores citra manifestam implicationem contradictionis statui non possunt: Deniq; finitores illi ac portæ intelligentiarum, ab ijs conficte sunt, qui magicis artibus fuerunt deditis: constat, isthinc nullam ab omnipotentia diuina in voces emanare virtutem, sed ab Ensoph illo, quem suprà nominauit, quo nomine verus & omnipotens DEVS nunquam & nusquam à seipso, vel à pijs hominibus fuit appellatus.

Omnipotentiæ DEI radius singularis, virtusq; ποιητικὴ conspicitur in herbis, radicibus, leguminibus, arborumq; fructibus, ad sanitates efficiendas, ad valetudinem conseruãdam: non in vocibus, quibus nec DEVS, nec Angeli beati ad valetudinis curam vti, sed dæmones, qui & ipsi Angeli sunt ac dicuntur, per Magos hac ratione hominibus illudere, superstitionemq; idolatricam confirmare solent.

PISTORIVS.

HÆc, fateor, nemo intelligit, qui triginta duas nobis à maioribus propositas semitas non accuratè animo comprehendit, aut in Cabala non est versatus.

GLOSSA.

MAiores varij sunt. Habent enim pij & orthodoxi omnes, suos maiores, sanctos nimirum patres, prophetas, Christum eiusdemque

q́ue Apostolos: quos interrogare & imitari iubet Ieremias Propheta cap. 6. Hæc dicit Dominus: State super vias, & videte, & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea, & inuenietis refrigerium animabus vestris. Habent omnes familiæ suos maiores vel progenitores. Habēt hæretici suos maiores, hæreseῶν autores aut renouatores. Habent & Magi suos maiores, Zoroastrum primum magicæ artis inuentorē, & complures alios: præsertim verò Rabinos cæcos & maledictos, qui ex decem numerationibus Belima, & 22. literis iunctis, faciunt consurgere numerum semitarum, iuxta quod scriptum est in Ietzira, & Rabi Cohin, qui dicit: Antiqui patres ambulauerunt per vias multas, vt tandem starent in semitis istis. Singulis illis semitis vel itineribus sapientiæ, certa imposuerunt nomi-

Paulus Scalich: in Myst. heb. ca. 28. Encyclopedia. pag. 24.

nomina, quæ recenset Reuchlinus lib. 3. fol. 54. & 55.

Turpe autem est homini, qui pro Christiano se venditat, istorum maiorum vestigijs insistere, sicque sapientiam à stultis discere, de semitis ac portis cæcos interrogare: præsertim verò vestigia illa hominē Christianum absterrere debebant, quòd ibidem Simon Iudæus refert; 50. portas prudentiæ, & 32. semitas à maioribus traditas, maximam vim habere ad cohortandū nos, vt fermè semper cum Angelis versemur in contēplatione summarum & diuinarum rerum, quibus si familiares esse cœperimus, nihil nobis fore aut dictu aut factu difficile. Quibuscum Angelis autem Iudæi, à Dei & beatorum Angelorum facie abiecti, in contemplatione diuinarum rerum versentur, ex sacris literis satis est manifestum.

Es. 6. 29. Psal. 69. Esa. 11.

His

His Angelis, qui vulgò dæmones & Diaboli dicuntur, Pistorius p portas & semitas illas factus familiaris, ferè semper cum illis versatur. Mirum igitur non est, quòd de rebus summis & diuinis, quas modo ordinario nunquam didicit, disputare, pro defensione doctrinæ antichristianæ libros scribere, viros iñocentes, & de Ecclesia præclarè meritos, calumnijs proscindere, verbis morbos curare, ipsi non est difficile.

Ad magicæ operationis efficaciam Cabalã, necessàriò requiri, Scalichius quoq; refert in mysterijs Persàrum, Can. 6. Nullam posse esse operationem magicam alicui9 efficaciæ, nisi añexum habeat opus Cabalæ, explicitum vel implicitum. Eadem thesis extat in conclusionibus magicis Pici Mirandulani, concl. 15. pag. 105. pa. 132.

Habet autem vox Cabala vel

Kabala originem ſuam ex radice קָבַל vel קִבֵּל quod eſt ſuſcipere, recipere, acceptare, vnde Cabala doctrinam notat ab alijs orétenus acceptã per manuũ traditionem transfuſam קַבָּלָה Receptio, hoc eſt, receptum doctrinæ genus, quod non mandatum fuerit literis, ſed viua voce traditum, græcè παράδοσις, Traditio. Hanc de rebus ſerijs, totoq́; DEI cultu & myſterijs magnis fuiſſe ſcribit Sanctes Pagninus: à poſteris verò & recentioribꝰ Hebræis magna ex parte in nugas, & curioſiores ac ſuperſtitioſiores numeros, pythagoreorũ more, & literarum aut nominum inuerſiones, transmutationes ſeu trãsformationes & anagrammatiſmos mutatam, quibus impius acceſſerit abuſus.

Lexic. hebr. colum. 2400.

Quia enim ſcripto DEI verbo contenti non erant, ex quo omnia,

quæ

quæ ad ſalutem vtilia ac neceſſaria e-
rant, diſcere potuiſſent, teſte Apo-
ſtolo, 2. Timoth. 3. factum eſt, vt
nugis & commentis illis vaniſſimis
ſe oblectent, quibus Satan ipſe ſe
immiſcuit.

Hæc Cabala, quam Piſtorius in
ſequentibus illuſtrem ſcientiam, ar-
borem raritatis, & diſciplinam gra-
uiſſimam vocat, ab Eccleſia damna-
ta eſt, teſte Sixto Senenſi monacho
ordinis prædicatorum, in Bibliothe-
ca ſancta. lib. 2. pag. 64. vbi dupli-
cem facit Kabalam, veram & falſam:
Veram vocat, quæ arcana ſacræ legis
myſteria iuxta anagogen elucidet,
quam Mirandulanus quoq; ex ſen- in Apol. pa. 123.
tentia Rabi Moſis Ægyptij commen-
dat, deq; ea Eſdram ſeptuaginta li-
bros ſcripſiſſe refert, idq; dicto quo-
dam Eſdræ cap. 14. probat: qui liber præfat. Bibl. Romæ impreſſ.
ab Eccleſia quoque Romana inter
apocryphos ponitur: addit etiam li-
bros

bros illos à se non mediocri impensa comparatos & lectos, seq; in illis Religionem non tam Mosaicam, quàm Christianam deprehendisse. Qua de de re quid sentiendum sit, non est huius loci explicare, cùm de arcana illa legis explicatione iam nulla sit quæstio, sed de altera illa, quam Pagninus paulò antè superstitiosam dixit. De ea sic scribit Sixtus ille: Falsa atq; impia Kabala, est ementitum quoddam Iudaicæ traditionis gen9, quod improbi quidam Iudæi, à Mose ex Patribus vsq; ad ipsos emanasse dicunt, innumeris vanitatibus ac falsitatibus refertum, nihil aut parùm à Necromantia distans. Explicat enim secreta quædam DEI nomina, ipsorumq; virtutes occultas, quibus ad ligandos dæmones, & ad præstigia faciẽda Necromantici noñulli apud Iudæos vtuntur, asserentes, Christum nostrum huius artis ope omnia mi-
racula

racula edidisse. Hoc igitur supersti-
tiosum genus, Kabalā impropriè ap-
pellatū, Ecclesia proximis añis me-
ritò damnauit. Hacten⁹ S. Senēsis.

Hanc igitur Kabalam, quæ se-
cretis quibusdam DEI nominibus,
præsertim verò tetragrammato יהוה
latentes vel occultas quasdam virtu-
tes tribuit, cùm contra Ecclesiæ non
tam orthodoxæ, quàm papisticæ cen-
suram, commendet & vsurpet Pisto-
rius: nemo nobis iure succensebit, si
ipsum tanquam Iudæum improbū,
superstitiosum, necromanticum, ab
vniuersa Ecclesia damnatum, fugiē-
dum esse censeamus.

PISTORIVS.

*ILlis tamen est satisfactum, qui bonum studi-
um illustri scientiæ nauârunt, cum reliquis
paulò clarius agemus.*

GLOSSA.

PIi homines in ματαιολεχνίας istas
nihil studij aut operæ ponunt,
memo-

memores præcepti diuini Leuit. 19: Non declinetis ad Magos, nec ab Ariolis aliquid ſciſcitemini, vt polluamini per eos, ego Dominus DEVS veſter.

Henricus Cornelius Agrippa à Nettesheym, de incertitudine & vanitate ſcientiarum cap. 47. ſcriptum reliquit; ſe Cabalæ artem, quam iactent Hebræi, multo labore aliquando fuiſſe ſcrutatum: agnoſcere verò illam non niſi meram ſuperſtitionis Rapſodiam, ac theurgicam quandā magiam: quam capite præcedentē ſæpiſſimè ſub DEI & angelorum nominibus, malis dæmonum fallacijs obſtrictam eſſe aſſerit. Paulò pòſt eodem capite ait: Iudæorum Cabalam nihil aliud eſſe, quam pernicioſiſſimam quandam ſuperſtitionem, quā verba, & nomina & literas ſparſim in ſcripturà poſitas, pro arbitrio ſuo colligant, diuidant, transferant, &

alte-

alterum ex altero facientes ſoluant membra veritatis, ſermones, inductiones & parabolas hinc inde ex ꝓprijs fictionibus conſtruentes, quibus aptare velint eloquia Dei, infamantes ſcripturas, & docentes ſua figmenta ex illis conſtare.

Alius quiſpiam Piſtorij in ea quam nunc amplectitur religione ὁμόψηφος, Benedictus Pererius Iebuſita *non ita pridem ſcripſit*, adeò ineruditam, *inſulſam & ridiculam* eſſe Cabaliſtarum *opinionem*, vt *nihil* æquè mirum ſit, quàm vlli hominũ ſanæ mentis aliquando eam probari, & perſuaderi potuiſſe: ſed eſſe profectò ingeniorum & hominum mõſtra quædam & portenta, è quibus eiuſmodi opinionum commenta & deliramenta proficiſcantur. De Magia lib. 1. cap. 10. pag. 64. Lugd. Anno 1592.

Videte obſecro Iebuſitæ: quale monſtrum & portentum, ad defenſionem Eccleſiæ & religionis veſtræ nacti fueritis.

Audiamus autem Pistorium, Magicam artem paulò clarius profitentem. Pollicetur enim, se cum ijs, qui Cabalæ ignari sint, paulò clarius acturum.

PISTORIVS.

QVod in quaque re primum est, hoc consequentibus & posteris omnibus agendi potentia anteire debet. Natura in voce primùm MAGIAM exercuit. Magia igitur præcipuè in verbis posita est.

GLOSSA.

MAgiam dæmoniacã præcipuè in verbis, præsertim barbaris, hebræis, vel inde proximè deriuatis, positam esse, haud difficulter largimur, non quòd aliqua ipsis insit δύναμις ἐνεργητική, sed quòd Dæmones per illa operationes suas exercere soleant, quibus voces barbaræ eò sunt gratiores, quò magis spectãt ad confirmationẽ superstitionis, quòd ipsis

vocum

vocum & literarum characteribus, vis quædam insit. Astipulatur enim illi Paulus Scalichius, vbi Persarum mysteria describit, quorum canon octauus sic habet: Qui scit, quomodo omnium rerum esse atq; operari à summo DEO omnium creatore dependet, sciet, vnde quælibet vox virtutem habeat in Magia & efficaciam, quomodo illud, in quo primùm magica exercetur natura, vox sit Dei: & quomodo quælibet virtus in Magia, voce Dei formatur. Et qui dicta intelligit, intelliget, quare non significatiuæ voces plus possunt in Magia, quàm significatiuæ: & cur sola hebræa nomina, vel inde proximè deriuata, in magico opere virtutem habeant. Hæc omnia reperiuntur etiam in conclusionibus Mirandulanis, fol. 105. Quòd autem dicitur, Naturã ipsam in voce primùm Magiam exercuisse, si hanc habet sententiam,

tiam, quòd DEVS per vocem illam τεϊραγράμματον יהוה, hoc eſt, per illas literas ac ſyllabas, cœlum, terram, mare, & omnia illorum contenta condiderit, vel per 72. Angelos, quos arte ſua Cabaliſtica ex illo Sacroſancto DEI nomine colligunt: falſum hoc eſt, dictuq́; blaſphemum. Non enim per quatuor illas literas, nec ꝑ Angelos, qui & ipſi ſunt Dei creatura; ſed per τὸν λόγον ὑποστατικὸν, ὁμοούσιον, συναΐδιον καὶ ὁμότιμον, viſibilia & inuiſibilia omnia creauit, teſte Moſe in hiſtoria creationis: Dixit DEVS, Fiat lux, & facta eſt lux. Dixit DEVS, Fiat firmamentum in medio aquarum, &c. Interprete verò Dauide, Pſal. 33. Verbo Domini cœli firmati ſunt: Et Ioanne Euangeliſta, cap. 1. Omnia per ipſum, λόγον, facta ſunt: Paulo Apoſtolo, Coloſſ. 1. in ipſo Filio condita ſunt vniuerſa in cœlis & in terra, viſibilia & inuiſibilia, throni, dominationes.

PISTO-

PISTORIVS.

NEq; absurdè à Rabano constitutum fuit, collatione multarum rationum, antequàm mundus fabricaretur, DEVM fuisse, illiusq; nomen.

GLOSSA.

QVòd DEVS fuerit ante mundi creationem, id nec Rabani Episcopi olim Moguntini, nec Rabini cuiusdam doctrina vel testimonio opus habet, cùm ex oraculis diuinis satis sit cognitum.

Ad nomen verò Dei quòd attinet, dupliciter illud accipitur. Vna enim significatione per nomen Dei ipse DEVS intelligitur, vt quādo dicitur Prouerb. 18. Turris fortissima nomen Domini, ad ipsam currit iustus, & exaltabitur. 1. Sam. 17. Tu Goliath, venis ad me cum gladio, & hasta, & clypeo: ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum, DEI agminum Israël, quem probris

affecisti. Altera significatione per Nomen Dei intelligitur externa illa appellatio, qua ab omnibus creaturis discernitur certo quodam nomine, veluti nomine יְהוָה ex quatuor literis consonantibus conflato. In priore significatione rectè dicitur, Nomen DEI, hoc est, ipsum Deum, imò ipsum nomen Iehouah extitisse ante mundi fabricationem. Quia ille ipse erat, qui Iehouah est & dicitur. Quòd autem extra ipsam diuinam essentiam, quatuor illæ literæ vspiam extiterint, ex quibus nomen illud τετραγράμματον conficitur, veritati non est consentaneum. Quia DEVM ipsum, ab æternó nihil extra DEVM ipsum, ab æternó nihil fuit. Iuxta figmenta Cabalistica, quæ τετραγράμματον illud, 72. Angelos in suo complexu comprehendere dicitur, necessariò sequeretur, Angelos quoque illos fuisse ab æterno ante mundi constitutionem, si nomen illud

lud fuit ab æterno. Quod à fide & Religione non tam Christiana, quā antiquorum Iudæorum est alienissimum.

Cùm igitur falsum sit, quod hîc pro confesso præsupponitur, quòd nimirum illæ quatuor literæ fuerint, ex quibus nomen DEI constat; cuius interpretationem Schemhamphoristicam, ad operationes magicas producendas vtilem esse Iudæi necromantici, eorumq; assecla Pistorius, sentiunt: concidit etiam, quod in sequentibus superstruitur.

PISTORIVS.

SI autem verba rerum sunt congruentes consignationes, eadem erit huius rei ad hoc nomen, quæ alterius ad alterum ratio, & ex Euclide, eadem rei ad rem, quæ ad verbum verbi fuerit. Infinitæ igitur substantiæ, nomen conueniet infinitum. Nulla verò planta est, in qua non poßimus finitam, & veluti circumscriptam Dei imaginem contueri. Si quis nunc percontetur,

cur in agendo herbam nomini anteponant, finitum infinito, assensum firmè sustinere non possunt, vetusq; sententia tota elabitur.

GLOSSA.

HVius ratiocinationis, in qua singulari studio obscuritatē se affectasse fatetur, hæc videtur esse sententia: si DEVS est æternus & infinitus, ergo & nomen Dei Iehouah est æternum & infinitum. Sed DEVS est æternus & infinitus. Ergò & nomen Dei Iehouah est æternum & infinitū, & consequenter plus efficaciæ illi tribuendum, quàm plantæ finitæ, in qua finita tantùm & circumscripta Dei similitudo cernitur. Quî fit igitur, quòd Medici plus efficaciæ tribuunt herbæ, quàm nomini Dei Iehouah?

Falsa autem est consequentia maioris. Nam ab essentia Dei, ad nomen illud τετραγράμματον non valet consequentia. Non sequitur: DE-

VS est infinitus: Ergò nomen quoque illud est infinitum: si enim infinitum esset, non sufficerent illi quatuor consonantes, & tres vocales, imò totum alphabetum hebraicum, omniumq; linguarum literæ, quæ vnquam in mundo fuerunt & sunt, non sufficerent. Pari ratione à plantis ad ad vocem nominis diuini, vana & falsa est consequentia. Plantis enim & herbis DEVS vires quasdam attribuit, infinitæ suæ omnipotentiæ testes, non literis consonantibus aut vocalibus, ac syllabis ex illarum compositione conflatis.

Ex hac falsitatis & vanitatis ostensione, verorum medicorum sententia immota subsistit: Magorum verò supstitio tota, vt Pseudomedici verbo vtar, elabitur vel euanescit.

PISTORIVS.

SEd eo se ad repugnandum moueri inquiunt, quòd & quantitates sint verba, quæ ab acti-

one Philoſophi ſemouent: & extra ſpeciem morborum verſentur, cùm tamen ſua ſpecie quiduis in agendo circumſcribi ſoleat.

GLOSSA.

VNa maxima hæc eſt, & immota Philoſophorum regula: Quantitatum nullam eſſe efficaciam. Vnde facile eſt, ſubſumpta minore facere concluſionem: Verba ſunt quantitates. Ergò verborum nulla eſt efficacia. Alterum quoq; argumentum ratione non caret, quòd verborum in morbis nulla ſit actio, cùm extra naturã morborum verſentur. Verbalis igitur illa morborum curãdorum ratio, his duobus arietibus haud leuiter concutitur, imò euertitur.

Vera medicina conſiſtit in abolitione cauſarum morbi, quibus incognitis perperàm curantur, magno cum diſcrimine & funeſto ægrotantium malo. Illa autẽ abolitio à contrarijs

trarijs fit, iuxta axioma verissimum: Contraria contrarijs curantur. Ac pro diuersitate causarum, variæ etiã medicationes adhiberi solent. Morborum autem causa physica non cõsistit in verbis & nominibus, præsertim sacris. Ideoq; per illa rectè non curantur. Hanc quæstionem Plinius quoq; mouet hist. natural. lib. 28. cap. 2. An sit in medendo aliqua vis verborum, & sanari & depelli. Respondet, rem esse maximæ quæstionis & semper incertæ, valeantné aliquid verba & incantamenta carminum. Quod si verum sit, homini acceptum ferendum esse remedium, sed viritim sapientissimi cuiusq; respuere fidem.

PISTORIVS.

RElicto iam illo, quod Philosophi quidam aiunt, multi negant, quantitatibus vim ingenitam, aut potentiam nullam esse. Repugnant enim Pythagoræi & Theologi quidam:

hoc constituendum est, qui non aliter se posse verborum actionem frangere arbitrantur, hos neque quid loquantur, neque de quo disputemus, quicquam intelligere.

GLOSSA.

DE Pythagora Philosopho scribit Augustinus Retractationum lib. 1. cap. 3. non placere sibi, quòd Pythagoræ Philosopho tantum laudis dederit, vt qui hanc legit vel audit, possit putare, se credidisse, nullos errores in Pythagorica esse doctrina, cùm sint plures, ijdemq́; capitales. Chrysostomus Pythagoram illum innumera magicæ genera nouisse, aquilas & boues, quibuscum locutus fuerit, præstigijs allexisse, mēdacijs ignaros decepisse refert. In ipsius igitur verba & opiniones iurati non sumus.

Tom. 3. in Euan. Iohan. Hom. 1.

Inter Theologos orthodoxos nemo est, qui sentiat, verbis per se consideratis, quatenus ad prædicamentum

mentum Quantitatis pertinent, & absolutè considerantur, vim aut potentiam quandam esse ingenitam. Quòd autem verbis sacramentalib⁹ Baptismi, cœnæ Dominicæ, Absolutionis, haud vulgaris, sed ingens diuinaq́; vis tribuitur, ea non ex literarum & syllabarum quantitate, aut Ministrorum recitatione, sed ex ipsi⁹ Dei ordinatione oritur, cuius vis & efficacia semper durat, quando iuxta illam sacramenta ritè administrãtur, aut pœnitentibus atq; credentibus peccatorum remissio in nomine Christi annuntiatur. Sicut virtus verbi illius diuini: Germinet terra herbam virentem: singulis annis in vniuerso terrarum orbe cernitur. Si homo quispiam absq; diuino mandato millies hoc diceret, nullus sequeretur effectus. Gen. 1.

PISTORIVS.

AB ENSOPH dicebamus per tres finitores deſcendere cauſam. Cùm verò nulla ſit in excelſo cœlo quantitatis ratio, ecquis adeò inſipiens eſt, vt verba tanquam ποσότητας credat agendo excellere? Quod ſi fixum apud illos & ſtatutum eſſet, nos hanc cabaliſticam literam malè faceremus, neq; terminaretur diuina perceptio Horizonte æternitatis temporalis.

GLOSSA.

DE Enſoph, quem vocat, vt & de tribus finitoribus & litera Cabaliſtica ſuprà dictum eſt. Obſeruanda autem hoc loco primùm ἀντιλογία. Nam in toto hoc tractatu hoc agit, vt oſtendat, in VERBIS quibusdam ſanationem poſitam eſſe, iiſdemq; perſpicuas agendi vires ineſſe, qua phraſi paulò pòſt vtetur. Interim quia non habet, quod ad aduerſæ partis argumenta, paulò antè poſita, reſpondeat, concedit illis, quatenus verba vel ποσότητες ſunt, vires nullas ineſſe, ſed cauſam effectus ab Enſoph deſcendere. Vox

Vox illa, Ensoph, quæ in sacris literis nec Deo, nec Angelo cuidam bono, nec homini alicui tribuitur, ideò excogitata est, quia iuxta regulam Magorum, nulla nomina vt significatiua, & in quantum nomina sunt, singula & per se sumpta, in Magico opere virtutem habere possunt, nisi sint hebraica, vel inde proximè deriuata. Et non significatiuæ voces plus possunt in Magia, quàm significatiuæ. Quam ob causam sacerdotes quoq; gentilium, Ægyptiorum, Assyriorum, & aliarum gentium, teste Porphyrio & Iamblicho, vti solebant nominibus quibusdam nihil significantibus, ac inter nomina diuinorum, hoc est, dæmonum, quos colebant, barbara cæteris antèponebant, quòd totum illum sermonem à Dijs illis approbari intelligerent, tanquam sacris suis maximè congruentem. Id quod à primo Magicæ

Picus in Concl. fol. 105.

Iambl. li. de Mysterijs, c. de nominibus diuinis.

Francisci Patricij Zoraster fol. 11. b.

gicæ artis inuentore Zoroastro didicerunt, inter cuius oracula ex Platonicorum libris fragmentatim collecta, hoc quoq; præceptum reperitur: Nomina barbara nunquam mutaueris: Sunt enim nomina apud singulos à Deo data, potentiam in sacris ineffabilem habentia. Eod. lib. cap. Non fieri in sacris opus alicuius efficaciæ, nisi per potentiam imò & præsentiam numinis alicuius. Idem Iamblichus scribit, in religione non posse fieri opus vllum alicuius mirabilis efficaciæ, nisi adsit illic superiorum aliqs spectator operis & impletor. Superos autem triplices esse ait: Deos qui absoluta, angelos qui media, dæmones qui tertia ducant opera. Hi nominibus barbaris nihilque significantibus à suis sacerdotibus salutabantur. Extat Catalogus principum & regum dæmoniorum, ex Acheronticorum Vasallorum

Ioh. VVieri lib. de præstig. dæmon. colum. 913.

lorum archiuo ſubtractus, in quo omnium Regum, Ducum, Marchionum, Præſidum, Comitum, vt vocantur, nomina, aut ſunt barbara, aut hebræa, vel inde proxime deriuata.

Maiores igitur ſuos imitatus Piſtorius, ipſe quoq; curationibus ſuis magicis quendā ex Superis ſpectatorem & cauſam operis conſtituit, qui cùm nec Deus ſit, nec Angelus bonus, nec homo quiſpiam beatus, haud difficile eſt diuinare, quem illum eſſe oporteat. Horrendum autem eſt auditu, quòd ad diabolicum iſtud opus & commercium, adhibetur litera cabaliſtica ex nomine Dei יְהֹוָה quod Cabaliſticis ſuis interpretationibus multis modis prophanāt Chriſtianorum hoſtes Iudæi, dum interim videri volunt nominis iſtius ſummi veneratores.

PISTORIVS.

Itaq; illos imperitos nemo de sua opinione fortaßis depellet. Non enim in hunc laborem, vt omnibus persuadeat, debet se sapiens committere. Nos autem ea magna luce circumfusa possumus agnoscere, & animos in ea intendimus, quæ neminem decipiunt.

GLOSSA.

Nihil noui est, quòd Satan eiusdemq; ministri, pro sua ambitione ac supbia, se solos pulchrè sapere opinantur, omnesq; à se dissentientes, tanquam imperitos & stultos fastidiunt: quodq; in Angelos lucis se transformant, suaq; dogmata pro oraculis diuinis haberi volunt, deniq; in luce versari se putant, quãdo in tenebris ambulant. Quam ob causam homines naturâ superbi & ambitiosi, qualis omnium testimonio fuit, & etiamnum est Pistorius, Diabolo ad magicarum artium doctrinam, vel ad hæreseῶν defensionẽ, omnium maximè sunt accommodati.

dati. Illis euenire ſolet quod Paulus Apoſtolus de gentilium Philoſophis ſcripſit, Rom. 1. ἐματαιώθησαν ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν, καὶ ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία, φάσκοντες εἶναι σοφοὶ ἐμωράνθησαν, hoc eſt: Vani facti ſunt in ratiocinationibus ſuis, & obtenebratum eſt deſipiẽs cor eorum: cùm ſe profiterentur eſſe ſapientes, STVLTI facti ſunt.

PISTORIVS.

NEq; id obſiſtit, quod illi putant, ſi ſuſurris conſtet ſanatio, vetulas optimè mederi, & artem medicam non multum negotij continere. Arbor raritatis Cabala eſt, & diſciplina grauiſſima, quam totam ſolus Meſsiah percepit. Si quid vetulæ ſonis inanibus imitantur, id nos non poſſumus tueri, quod illæ ex his ſtudijs, quæ nos ſequimur, non ſunt conſecutæ: ſed vel caſu, vel dæmonis auxilio efficiunt, quædam pauca ex vera Magia arripiunt.

GLOSSA.

INter vetularum & Piſtorij curationem, quam ipſemet vocat magi-

cam, nullum eſt diſcrimen, prætere-quam quòd ille artem ſuam ex doctrina Cabaliſtica, vetulis magna ex parte ignota, conſecutum eſſe aſſerit. Nam vtraque verbis conſtat: vtraque nomine Dei contra ſecundum Decalogi præceptum abutitur: vtriusq; effectus, ſi non caſu, attamen dæmonis auxilio efficitur. DEVS enim illum ſacratiſſimi nominis ſui abuſum, nec probat nec iuuat, ſed prohibet & punit in *hoc* & futuro ſeculo.

Quid de Cabala, quam raritatis arborem ac diſciplinam grauiſſimā vocat, ſentiat Eccleſia, non tam orthodoxa quàm Papiſtica, paulò antè ex verbis Sixti Senēſis eſt oſtenſum, cui acceſſit Henricus Cornelius Agrippa, qui eam multo labore ſcrutatus fuit, donec didicit, Cabalam illam Iudæorum, pernicioſiſſimā eſſe ſuperſtitionem, à qua, vt & omnibus

alijs

alijs vanitatibus magicis, omnes homines fuit dehortatus, nisi cum Ianne & Iambre, & Simone Mago æternis ignib⁹ cruciandi destinari velint. De vanit. scient. ca. 48.

Quòd autem disciplinam illam totam solum Messiah percepisse dicit: operæ precium erit referre, quæ de hac Messiæ vel Iesu Nazareni perceptione Cabalistica, Iudæi, ipsi⁹ Messiæ, totiusque religionis Christianæ hostes & calumniatores, mendacia excogitarint, quantasq́, blasphemias effundant, quando ipsum miracula sua per Schemhamphorasch, hoc est, per nomen Iehoua, arte Cabalistica explicatum, enarratum aut expositum fecisse dictitāt, vt hinc quoque innotescat, quid de fide & religione Pistorij Apostatæ, qui ex Iudæorum placitis istud mutuatus est, sentiendum sit. Impudentissimas autem, horribiles, ac blasphemas illorum ea de re nugas, recenset Iohañes

nomen שֵׁם הַמְּ פֹרָשׁ explicatum. expositũ.

Purchetus in prima parte suæ refutationis contra Iudæos, cap. 11. eiusdemq; verbis in linguam germanicā conuersis, Martinus Lutherus in libello de Schemhamphoras & de prosapia Christi, Tom. 8. Ienens. fol. 109. Tempore Helenæ reginæ Iesum Nazarenum Ierusalem venisse, & in tēplo lapidē, super quo olim arca fœderis collocata fuerat, reperisse, cum inscriptione Schemhamphoras. Huius si quis literas didicisset, & probè intellexisset, absq; mora potuit miracula facere. Quia verò seniores populi Iudaici metuerant, ne cognita arte Schemhamphoristica, totum euerterent mundum Israëlitæ, ideò duos ex ære fusos canes, duabus columnis impositos, ante ostium Sancti sanctorum collocârunt. Si quis veró ingressus illum locum, Schemhamphorasch literas didicisset, atq; illarum sensu intellecto egrederetur,
eum

eum tanta rabie allatrabāt illi canes, vt præ formidine nominis illius & literarum cognitarum penitùs obliuisceretur: Iesum verò Nazarenum ingressum in sanctuarium, non solùm didicisse illas literas, sed etiam inscriptas mēbranæ in scissa sura schedulam abdidisse, & post impositam scripturam rursus cutem suræ coaluisse. Latrantibus verò illis canibus in egressu ipsius, ei pariter literarum mysticarum obliuionem inductam fuisse, quarum sensum domum reuersus, cultro sura aperta, ex inserta scheda, de integro discere necessum habuerit. Deinde collegit, inquiunt, Nazarenꝰ ex Israële iuuenes trecentos & decem, illosq́; ita allocutus fuit: Scitis iuuenes ad meliora nati, quòd nostri sapientes me spurium vocent, vt præ me Israëli imperent. Verùm enimuerò nemini vestrum ignotum est, Prophetas de na-

ſcituro Meſſiah prædicaſſe. Sic enim ille Propheta dixit: Almam eſſe grauidam, filiumque parituram, cui nomen eſt Immanuel. De me quoq; meus proauus ita locutus legitur: Filius meus es tu, hodie genui te. Ego verò ſum ille ex Alma intemerata natus, ſine viri ſemine per Dei virtutem. Ipſi ergò, non ego, ſunt ſpurij, quorum Deus iuxta ſermonem Hoſeæ nolit miſereri. Cui iuuenes reſponderunt: ſi verus es *ille* Meſſias, firmabis id miraculo aliquo. Cumque adducerent claudum, qui nunquam pedibus innixus fuerat, & leproſum, pronuntiato ſuper vtroq; Schemhamphoras, vtriq; ſanitatem de repentè reſtituit. Quo miraculo viſo, iuuenes ſtupefacti, illum Meſſiam proclamârunt, multiq; ex fece populi illi adhæſerunt. Seniores verò metuentes conſpirationem & ſeditionem, captum Nazarenum

ad

ad Helenam duxerunt, eumq́; de seditione & Magia, qua fascinaret & seduceret populum, accusarunt. Iesus verò ad Helenam: Ne mireris Regina generosa hæc, scriptum enim est, surculum ex radice Isai nasciturum, Ego verò sum ille surculus. Tunc Helena ad seniores: Agnoscitisné hæc in lege vestra scripta? Illi annuunt: sed de Iesu intelligenda esse pernegant: quin potiùs illud de hoc accipiendum esse dicunt, Deut. 13. qui contra Deum locutus fuerit, neci detur. Hoc verò de Messia scriptum legimus, Eius tempore Iudam saluandum, & Israëlem confidenter habitaturum. Ad hæc ille Nazarenus: Ego sum qui mortuos excitare possum. Helena verò, vt experiretur, vtrum verba factis responderent, mortuum illi ostendit, quem cùm Nazarenus per Schemhāphoraſch è mortuis suscitasset, omnes timore fue-

runt perculsi, & regina ipsa stupefacta absoluit Iesum. Deinceps Iesus profectus in Galilæam, non minùs ibi, quàm Hierosolymis miracula edebat. De nouo ergò seniores Iudaici Iesum accusant, quòd omnia per Magiam efficeret, ideò vinctum iussu Helenæ, eum ex Galilæa abducere tentabant, sed refragantibus Galilæis, re infecta lictores redierunt. Galilæi verò è luto auiculas formabant, Quòd si Christus Schemhamphorasch super illis pronunciasset, subitò animatæ auolarunt. Iussit quoq;, vt molaris lapis in aquas proijceretur, Qui cum sup eo Schemhāphorasch dixisset, cœpit aquis innatare, qui quamuis Christus insideret illi, non mergebatur. Ambulabat quoq; Christus super aquis pedibus non mersis. Hæc cùm mulieres Helenæ & ipsa regina vidissent, exclamârunt: Dei filius hic reuera est, nec

est

est vt de Magia accusetur. Ad quam Iudæi: Ne credas Regina, propediem hanc fraudem detectam tibi ob oculos ponemus. Iudam ergò Iscariothem in sanctuarium intromiserũt, vt eodem modo, quo Nazarenus disceret Schemhamphoras, & in disse-cta carne scripturam illius conseruaret. Eodem tempore Iesus venit ad Helenam, seq; à canibus circundatum fuit conquestus, & dixit ad Reginam: Ascendam ad cœlos. Ita enim Dauid prædixit: Eleuare Deus super cœlos. Expansis igitur manibus instar alarum, per Schemhamphoras volabat medius inter cœlum & terram. Quod cùm vidissent sapientes Iudæorum, ad Iudam Iscariothem dixerunt: Dic Schemhãphoras, & volatu insequere illum Nazarenum. Qui cùm dixisset, extensis brachijs, sursum volauit, atq; in altissimo aëre cum Nazareno acriter

concertauit, adeò vt consertis manibus vterq; decideret, sed ille Hanozri brachium fregit, quem casum & fractionẽ adhuc Christiani quotañis tempore Paschatos lamẽtabiliter deflent. Eo itaq; tempore ceperunt Iudæi Christum, & adductum ad Helenam, inuolutũ linteis, virgis & ramis malorum punicorum percusserunt dixeruntq́;: Si Dei es filius, dic quis nostrum te percusserit? Ille verò id diuinare nequiuit. Hac fraude animaduersa, Helena in Iudæorum manus tradidit illum Nazarenum, quem ligatum ad suspendium ducebant, sed quocunque in ligno vel arbore eum suspendebant, ea frangebatur, quòd omnia ligna per Schemhamphoras eiurarat, ideò caulæ brassicæ, natæ in sanctuario, ex qua ad minimum centum libræ seminis colligebantur, eum suspenderunt.

Hæc

Hæc, inquam, ſunt Iudæorum, vel potiùs ipſiusmet Draconis antiqui figmenta de miraculis Ieſu Nazareni, in contumeliam Chriſti, eiuſdemq́; miraculorum quæ negare nō poterant, totiusq́; religionis Chriſtianæ excogitata, in quibus multa cōcurrunt, quorum vanitatem quiuis facilè videre & manibus quodamodo palpare poteſt. Qualia ſunt: 1. Accuſatio Ieſu Nazareni apud Helenam, quæ trecentis propè annis poſt Chriſtum, non in Iudæa, ſed in Græcia vixit. 2. Inuentio artis Schemhamphoriſticæ in templo Hieroſolymitano, ducentis plus minus annis ante natiuitatē Helenæ funditùs diruto. 3. Canes æneí ante oſtium ſancti ſanctorum, & hi qdem videntes ac diſcernētes eos, q Schēhāphoras didiciſſent, eosq́; horribiliter allatrantes. 4. Iuuenes Chriſti diſcipuli 310. 5. Miracula Chriſti non virtute diuina, ſed

ſed per vocem Schemhamphoras e-dita. 6. Iudæ Iſchariothæ volatus ad cœlum, eiusq́; cum Nazareno concertatio in aëre. 7. Fractio brachij Christi, eiusq́; tempore Paſchatos deploratio apud Chriſtianos. 8. Braſſica in ipſo ſanctuario, tanquam horto braſſicæ nata, ex qua centum libræ ſeminis fuerint collectæ, tantæque magnitudinis, vt robuſtior fuerit trabe lignea, & ad ſuſpendium Nazareni apta. Talibus verò ludibrijs Satanæ, & efficacibus illuſionibus digni ſunt illi, qui Filium Dei, Regem ſuum, totiusq́; mundi ſaluatorem, tot contumelijs affecerant, in crucem egerant, vindictam ſanguinis illius precioſi atq; innocentiſſimi ipſi petierant, quiq́; maiorum ſuorum veſtigijs inſiſtunt.

Illa verò ideò recitare volui, vt intelligatur, quæ ſit illa Cabala, quam totam ſolus Meſſiah percepiſſe dici-

tur.

tur, nimirum illud ipsum Schemhă-
phorasch, cuius virtute miracula à
Iesu Nazareno edita impiè ac blas-
phemè mentiuntur Iudæi. Quid
obsecro tibi videtur de eo, qui blas-
phemias istas Iudaicas, in contume-
liam veri Messiæ & religionis Christi-
anæ ab ipso Diabolo excogitatas, sub
suo nomine in lucē emisit, necdum
reuocauit? Nunquid in mentem ti-
bi venit venenatissima illa viperarū
progenies, quæ miracula Christi di-
abolorum principi Beelzebub, con-
tra conscientiæ suæ testimonium at-
tribuere non erubuit, hâcq; blasphe-
mia in ipsum spiritum sanctum pec-
cauit? Quid enim iuuat Iesum illum
Nazarenum appellatio Messiæ, qua
Iudæi ipsum non dignantur, si mira-
cula sua non virtute diuina, sed arte
cabalistica edidit? Quod si verum es-
set, sequeretur illum nec Dei filium,
nec Messiam fuisse, id quod Iudæi isto
suo

ſuo blaſphemo figmento probare conantur. Quid enim opus erat illi diſciplinæ cabaliſticæ perceptione, ſi propria eaq́; diuina virtute miracula edere, & ægros ſanare potuit? Aut oſtendat nobis Piſtorius, in quē finem Meſſias Cabalam perceperit, ſi eius virtute miracula ab ipſo edita fuiſſe negare voluerit? Hic enim docere inſtituit, quid in magico illo curationis opere Cabala præſtare queat, quam totam ſolum Meſſiam percepiſſe affirmat.

PISTORIVS.

QVid igitur amplius? Tacendum eſt, ne deuoremur ab Azazele per iudicij proprietatem.

GLOSSA.

HIc parùm abfuit, quin artem iſtam dæmoniacam, eiusq́; directorem paulò clariùs in lucem dediſſet: ſed prohibitus fuit ab Azazele, qui & ipſe vn⁹ eſſe dicitur ex ordine dæmonum, quorū præceptis imbutus fuit Piſtorius. Azaze-

Azazelem enim Iudæi vocant dæmonē ſæuientē in cadauera mortuorum, ſic enim de illo ſcripſit Cornelius Agrippa de vanit. ſcient. cap. 45. de Goëtia & Necromātia: vt aiunt magiſtri Hebræorum, omne corpus noſtrum & carnale animal, quicquid in nobis ſuper materia carnis malè diſpoſita innititur, relinquitur in cibum ſerpenti, & vt ipſi vocant Azazeli, qui eſt domin⁹ carnis & ſanguinis, & princeps huius mundi, & vocatur in Leuitico princeps deſertorum, cui dictum eſt in Geneſi: Terram comedes omnibus diebus vitæ tuæ. Et in Eſaia: Puluis panis tuus, hoc eſt, corpus noſtrum creatum ex puluere terræ, quandiu non fuerit ſanctificatum, & transmutatum in melius, vt non amplius ſerpentis, ſed DEI ſit effectum, videlicet ex carnali ſpirituale, iuxta verbum Pauli dicentis:

ſemina-

ſeminatur quod animale eſt, & reſurget quod ſpirituale eſt. Et alibi: Omnes quidem reſurgent, ſed non omnes immutabuntur, quia multi remanſuri ſunt in perpetuum cibũ ſerpentis. Hæc Agrippa.

Paulus Scalichius in concluſionibus de Mundo infernali, Concl. 48. Cùm moritur homo, corpus in terram reuertitur, de qua ſumptum eſt: Mens vnde deſcendit, remeat naturaliter. Caro derelicta *linquitur* in poteſtate dæmonis Zazelis.

Nos verò de corporibus piorum longè melius ex verbo Dei ſumus edocti, quód nimirum ſerpenti illi antiquo nihil iuris in illos competat, ſed DOMINVS cuſtodiat omnia oſſa eorum, ita vt vnum ex his non conteratur, quodq́; in cubilibus ſuis ſecurè quieſcant, donec tranſeat indignatio: idq́; virtute mortis & reſurrectionis Chriſti, qui ideó mortuus

Pſal. 34. Eſa. 26. Rom. 14.

tuus est & resurrexit, vt mortuis ac viuentibus dominetur.

Hanc ob causam, vt & ad vitandam spirituum reuocationem, quã ante completum annum à discessu ex corpore fieri posse Geëtici, Magi verò necromantici naturalibus quibusdã viribus ac vinculis fieri posse autumãt, ab antiquis Patribus ordinatum scribit Agrippa, vt corpora mortuorum sepelirentur in loco sacro, & luminibus socientur, aqua benedicta aspergantur, *thure* & incenso suffumigentur, & expientur orationibus, quousq; super terram extiterint. Quasi verò serpens ille antiquus, luminibus, aqua benedicta, suffitu ac similibus ineptijs se arceri patiatur, qui reputat ferrum quasi paleas, & æs quasi lignum putridũ, quem non fugat sagitta, quiq; malleum velut stipulam æstimat, ac deridet vibrantem hastam. Quamob- Iob. 41.

rem verò Pistorius metu proprietatis iudicij Azazelis tacendum, digitoq; labellum compescendum esse putarit, constat ex regulis eorum, q occulta occultorum occulta scrutantur, hoc est, τὰ περίεργα πραξάντων, vel curiosas artes exercentium, sicut Actor. 19. appellantur, quas recenset Paulus Scalichius in Thesibus mysticæ Philosophiæ Art. 10. Oportet vt is qui ad occulta occultorum ascendere cupit, sit purus, vt æqua sit proportio subiecti & obiecti: aliâs frustra teret tempus, oleum & operam perdet. Quo fit, vt is, quem inanis cupido gloriæ tenet, quem pecunia & vermis conscientiæ obruit, qui circa terrestria occupatus est, ad tam sancta, homine sancto, tamq; alta, alto scrutatore digna, minimè contendat, si enimdiu erit in opere (secundum Picum) morietur ex brassica: & si errabit in opere,

Picus in DCCC. conclus. fol. 109.

re, aut non purificatus accesserit, deuorabitur ab Azazele per proprietatem iudicij.

Quoniam igitur Pistorium gloriæ ac pecuniæ cupido tenet, sine dubio etiam vermis conscientiæ propter ἀποστασίαν rodit: caueat sibi diligenter, ne deuoretur ab Azazele per iudicij proprietatem. Tales enim homines ad istius principis iurisdictionem propriè pertinent, isq; iam pridem ad deglutiendum illum os suum latissimè aperuit, Plures autem interueniente fideli ipsius opera attrahere desiderat.

PISTORIVS.

DEo enim in his silentiũ, Laus vt Psalmographus canit, Mergat se quæcunq; anima potest in pateram, quam Deus mente impleuit, & credat se ad eum redituram, qui demisit, vt finem noscat, cuius gratia nata sit,

GLOSSA.

EGregia verò accomodatio Psalmi sexagesimi quinti, cuius initium est: Tibi in silentio laus ô DEVS in Sion: in quo gratiæ Deo aguntur pro beneficijs in Ecclesiam, Politiam & Oeconomiam largiter collatis: de arte verò cabalistica, vel silentio in his rebus seruando, altissimum est silentium.

De patera quoq; illa mente diuinitùs impleta, in libris sacris altū est silentium. In prophanis verò scriptis, pateræ, non mente, sed mero vel cruore impletæ reperiuntur. Phrasin igitur istam ex Magorum occultis mutuatā esse apparet, in Philosophia absurdam. Mentis enim incorporeæ, patera corporea capax esse, eademq́; impleri nequit. Multi sperant se ad eum redituros, qui animam dedit, sed fores inuenient clausas, teste Christo Matth. 7. Luc. 13. Matth. 25. cuius præcipua causa est, quòd

quòd non mergunt ſe in pateram, ſiquidem hac phraſi vti licet, qua ſola vehitur ad aſtra.

PISTORIVS.

QVAmobrem illud nobis ſtabilitum ſit, VERBIS QVIBVSDAM PERSPICVAS AGENDI VIRES INESSE: relinqui autem diſciplinam ſolam hanc, quæ NOMINA tractat, dignam ſacerdotibus viris, dignam philoſophis, dignam ſuperis & Regibus.

GLOSSA.

QVia nec verbis nec nominibus perſpicuæ vel occultæ ad agēdum vires inſūnt, vti ſuprà demonſtratum: & Piſtorius ipſe faſſus eſt, inſipientem eſſe, qui verba tanquā πωσότητας credat agēdo excellere: nec DEVS per verba, aut Nomina, ſanationes in corporibus humanis efficere conſueuit: certo certius eſt, effectus, ſi quis ſequitur, cauſam, vel efficientem, vel inſtrumentalem,

nec in verbis, nec in nominibus ipsis: sed in occulto vel in aperto oratoris magici cum Diabolo comercio subsistere. Omnes enim operationes magicæ, teste Martino Delrio, Pistorij in Religionis professione socio, velut basi innituntur pacto per Magos cum Dæmone inito: ita vt quotiescunq; collibitum mago aliquid efficere adminiculo artis suæ, expressè vel implicitè teneatur à Dæmone poscere, vt ex condicto concurrat.

Disquis. magic. lib. 2. Quæst 4. pag. 222.

Disciplinam igitur istam hominibus Christianis indignam, sacerdotibus veró gentilium, superis dæmonibus, mundi principibus, tenebrarum rectoribus dignam, anathematis fulmine ab Ecclesiæ limitibus propulsandam, & ad orcum cum omnibus, qui eam profitentur, relegandam: Regum deniq; ac principum catholicorum animaduersioni seuerissimæ committendam, consentien-

ſentientibus votis iudicant, vnoq; ore fatentur omnes, qui nonnulla voluntatis diuinæ, religionis catholicæ, æternæq; ſalutis cura afficiuntur.

Prohibita enim & damnata eſt iſthæc diſciplina magica, primùm ipſius DEI voce & ſcripto, in primo Decalogi præcepto: Non habebis Deos alienos coram vel præter me. Iſti verò homines præter Deum, Diabolum inuocant, hoſtem Dei & generis humani, quem Piſtorius cum Iudæis Chriſtiani nominis hoſtibus, Enſoph vocat, Ophitarum more, qui ſerpentem illum, qui Heuam ſeduxit, velut ſapientiæ authorem coluiſſe ſcribuntur. Ab illo ipſo Piſtorius eam quam iactat ſapientiam didicit.

Deinde quòd venerandum Dei nomen יְהוָה, ad operationes iſtas magicas vſurpatur, horribilis & execrandus committitur abuſus nomi-

nis diuini, contra ſecundum primæ tabulæ præceptum: Non aſſumes nomen Domini Dei tui אֵת שֵׁם יְהוָה אֱלֹהֶיךָ in vanum. Non enim habebit inſontem DOMINVS eum, qui aſſumpſerit nomen Domini Dei ſui in vanum לַשָּׁוְא ad res vanas, inutiles, multò minus inſons habebitur, ſi ad incantationes & operationes magicas eo fuerit abuſus.

Tertiò pugnat hoc vel occultum vel apertum cum Diabolo commercium, cum fide DEO creatori, redemptori & ſanctificatori noſtro, in noſtri adoptione & inſcriptione in album Eccleſiæ data, quando ſacroſanctum baptiſmum ſuſcepturi, & in fœdus gratiæ recipiendi, renũciauimus Diabolo & omnibus operibus illius. Fit igitur homo hac diſciplina imbutus, erga Deum fœdifragus & periurus, omnium quoq; benefi-

beneficiorum in baptiſmo acceptorum iacturam facit.

Quartò, DEVS ipſe omnes artes magicas ſeueriſſimè prohibuit. Magiſtratui quoq; gentis Iſraëliticæ mandauit, vt in illos pro delicti atrocitate animaduertat, eosq́; tanquam ſceleratos ac blaſphemos lapidibus obrui curet. Leuit. 19. v. 31. Non declinetis ad Magos, nec ab ariolis aliquid ſciſcitemini, vt polluamini per eos. Ego DOMINVS Deus veſter. Eodem libro cap. 20. verſ. 27. Vir ſiue mulier, in quibus pythonicus vel diuinationis fuerit ſpiritus, morte moriantur: lapidibus obruent eos: ſanguis eorum ſit ſuper illos. Vtroq; loco extant vocabula אוב & יִדְּעֹנִי Illud Pythonem ſignificat, vel πνεῦμα μαντικὸν ſpiritū fatidicum, ſeptuaginta interpretes vſi ſunt vocabulo ἐγγαστρίμυθος, ven-

triloquus כְּבַאוֹבוֹת, ſicut vtres. Hoc verò ſignificat hominem gnarum, ſciolum, hariolum, qui præ ſe fert rerum arcanarum vel myſteriorum quorundam cognitionem, aut occultis artibus, opeq́; dæmonica res miras operatur. Deut. 18. verſ. 10. & 11. plures aliæ ſpecies recenſentur: Non inueniatur in te, qui ariolos ſciſcitetur, & obſeruet ſomnia atq; auguria, aut maleficus, nec incantator, neq; qui Pythones conſulat, nec diuinos, & quærat à mortuis veritatem. Abominatio enim Iehouæ eſt quicunq; facit hæc, & ꝓpter abominationes iſtas Iehoua DEVS tuus eijcit illas (gentes) à facie tua.

Iſidorus Epiſcopus Hiſpalenſis, qui ante annos penè mille vixit, tempore Heraclij Imp. & in iure Canonico ſæpè citatur, originum libro octauo, titulo de Magis, appellationes iſtas omnes & plures alias diligentes

genter explicat, atq; Incantatores, q hebraicè חֲבָרִים, græcè ἐπῳδοὶ dicuntur, ſic definit: Incantatores dicti ſunt, qui artem VERBIS peragunt. Ibidem paulò poſt addidit: Ad hæc omnia pertinēt & ligaturæ execrabilium remediorum, quæ ars medicorum condemnat, ſiue in præcantationib9, ſiue in characteribus, vel in quibuscunq; rebus ſuſpendendis atque ligandis: in quibus omnibus, ars dæmonum eſt, ex quadam peſtifera ſocietate hominum & angelorum malorum exorta, vndè cuncta vitanda ſunt à Chriſtiano & omni penitùs execratione repudianda atque damnanda. Hæc Iſidorus, qui ante tot annos artem iſtam Piſtorianam, tanquam à Deo ſub Incantatorum appellatione prohibitam, ex dæmonum ſocietate ortam, omni penitùs execratione repudiandam, damnan-

damnandam, Christianis vitandam censuit.

Quintò, Cabalistico illo & Schemhamphoristico abusu nominis Dei IEHOVAH, honos ipsi soli debitus, & opera ab ipso Iehouah immediatè facta, miro Sathanæ artificio, Angelis tribuuntur. Dicunt enim Tetragrāmaton illud יהוה complecti septuaginta duos angelos. Iod in arithmetica hebræa designat decem: He quinq;: Vau sex: He alterum, Quinq;. Inde numerum 72. ex quatuor illis literis colligunt: Iod 10. Iod He 15. Iod He Vau 21. Iod He Vau He 26. sicq; Iod quater, He ter, Vau bis, He alterum, semel ponitur. Isti numeri coniuncti faciunt 72.

Nomina illorum Angelorum septuaginta duorum, colligunt ex 19. 20. & 21. versu capitis decimi quarti Exodi, in quo transitus Israelitarum per mare rubrum, & Ægyptiorum

ptiorum ſuffocatio deſcribitur, vbi in ſingulis illis verſibus reperiuntur literæ ſeptuaginta duæ, quæ coniunctim faciunt literas 216. Ex illis ducentis ſedecim literis, conſtituunt voces nihil ſignificantes ſeptuaginta duas, dum ex primo verſu primã, ex ſecundo poſtremam, ex tertio iterum primam ſumunt: deinde ex primo verſu ſecundã, ex ſecundo penultimam, ex tertio iterum ſecundã, ſicq; deinceps: Has voces, quarum ſingulæ tres literas complectuntur, aiunt eſſe nomina ſeptuaginta duorum Angelorum, quibus Schemhamphoraſch, id eſt, nomen expoſitorium illud magnum atq; ἀνεκφώνητον inenarrabile ſummi Dei conſtare perhibent. Reuch. de art. Cabaliſt. lib. 3. fo. 55. b.

Hos aiunt eſſe Angelos fortes vniuerſæ terræ: per hos Moſen manu ſua mare vsq; ad ſiccum diuiſiſſe, quoniam ipſi ſint angeli diuiſionis. Scalich. Encyclo. pag. 94.

nis. His Angelorum præfectis vel principibus, omnes gentes in potestatem traditas esse scripsit Rabi Ioseph Ben Carnitol celebris Cabalista. Hos colunt, venerantur, inuocant Cabalistæ, hoc certis quibusdam signis, characteribus & voce compellant: in hos fiduciam quasi anchoram figunt: per hos miranda operantur, teste Rabi Mnahem Racanat, qui in Commentarijs Exod. 14. scripsit, hos characteres, & has literas, quæ nomina septuaginta duorum Angelorum complectantur, esse characteres volantes superne in fundamento sapientiæ spiritualis, & esse administratorios spiritus seu præfectos ad faciendum omnē rem per eos, & operationes eorum esse notas Cabalistis. Hos aiunt, intimam cum Angelis illis colere amicitiam, per quam aliquando res admirãdas, vulgò miracula, conficiant, ita

Reuchl. ibid. fol. 59. 57.

Reuchl. de arte Cabal. lib. 1. fo. 23. b.

Ita vt Rabi Meir per nomen diuinũ vel ab Ethnico prolatum, vxoris suæ sororem, in lupanari vi prostitutam præseruarit, vt à nullo ganeorum quantumuis robusto violari aut stuprari potuerit: Tanq; facilem fuisse patrum memoria Cabalistis miraculorum per nomina lucis & Angelorum operationem, vt ab inuidis sæpè versuti magici cognominarentur, quasi illa opera non perfecisset *Michaël*, sed Samaël per incantationes Ægyptiacas. De his quoq; miraculis Vaticinium Christi intelligendum esse videtur, vbi ait: Pseudoprophetas edituros signa magna & prodigia, ita vt in errorem inducantur, si fieri possit, etiam Electi.

In exor. Portæ lucis.

Wert Fritz.

Matth. 24.

Quandoquidem verò figmentum istud Cabalisticũ, de septuaginta duobus Angelis, in Tetragrammato latentibus, eorumque nominibus, nullum prorsus habet fundamentum:

tum : ſed mera eſt ſpeculatio excæcatorum Iudæorum, in quibus tanquam filijs incredulitatis Satan ſuam habet ἐνέργειαν: dubium non eſt, quin ex Dæmonũ inſtinctu, omnes iſtæ nugæ ac prophanationes nominis diuini ſint ortæ, qui hoc modo vero atq; omnipotenti Deo Iehouæ, qui olim ſanctis patribus apparuit, per Moſen miracula edidit, populumq́; ſuum per mare rubrum, deſertum ac Iordanem, in terram Chanaan introduxit, quiq́; ſecundum carnem, quam in plenitudine temporis aſſumpſit, poteſtatẽ in omnes gentes, omnemq́; ἐξουσίαν in cœlo & in terra accepit, honorem debitum adimere conati fuerunt. Quia etiam inter bonos Angelos nulli ſunt, quibus nomina illa barbara competant, facili coniectura aſſequi licet, qui angeli hunc ſibi vendicent honorem, quiq́; iſtis nominibus vocati, vir-

Epheſ. 2.

ti, virtutem exerceant. Nam & gentilium dæmones, vt suprà dictum est, barbaris potissimùm nominibus delectabantur. Et non significatiuæ voces ex lingua præsertim hebræa deriuatæ, ac Dei voce formatæ, plus virtutis in operationib⁹ magicis habere creduntur, quàm significatiuæ. Iambl. de Mysterijs, C. de nominibus diuinis. Pic. Mirand. fol. 105.

Sextò. Damnatum est hoc genus curationis, multis legibus in secũda parte Decreti Causa 26. quæst. 2. c. 6. Omnes artes huiusmodi vel nugatoriæ, vel noxiæ superstitionis, ex quadam pestifera societate hominum & dæmonum, quasi pacta infidelis & dolosæ amicitiæ constituta, penitùs sunt repudianda & fugiẽda Christiano. Inter illas artes ibidẽ referuntur ligaturæ atq; remedia, quæ Medicorum quoq; disciplina condemnat. Ibidẽ cap. 7. Omnis inquisitio, & OMNIS CVRATIO, quæ à diuinis & Magis, vel ab ipsis

dæmonijs in idolorũ cultura expeti-
tur, mors potius dicenda est, quàm
vita, & qui ea sectantur, si se non cor-
rexerint, ad æternam damnationem
tendunt.

Eadem 26. Quæst. 5. c. 1. Si qs
ariolos, aruspices, vel Incantatores
obseruauerit, aut phylacterijs vsus
fuerit, anathema sit. c. 4. ex Concilio
Laodicensi: Non oportet sacris offi-
cijs deditos, vel Clericos, Magos aut
incantatores existere, aut facere phy-
lacteria, quæ animarum suarum vin-
cula comprobantur. Eos autem qui
talibus rebus vtuntur, proijci ab Ec-
clesia iussimus. C. 5. ex Concilio To-
letano 4. Si quis Episcopꝰ, aut pres-
byter, siue diaconus, vel qlibet ex or-
dine clericorum, Magos aut aruspi-
ces, aut Incantatores, aut ariolos, aut
certè augures, vel sortilegos, aut qui
ꝓfitentur artem magicã, aut aliquos
eorum similia exercentes, consulu-
isse

isse fuerit deprehensus, ab honore dignitatis suæ suspensus monasterij curam suscipiat, ibiq́; pœnitentiæ perpetuæ dedit⁹, scelus admissum sacrilegij soluat. C. 11. ex Concil. Carthaginensi 4. Augurijs vel Incantationibus seruientem, similiter & Iudaicis superstitionibus, vel ferijs inhærentem, à conuentu Ecclesiæ separādum præcipimus. C. 12. Episcopi, eorumq́; ministri, omnibus modis elaborare studeant, vt perniciosam & à Diabolo inuentam sortilegā & magicam artem, ex parochijs suis penitùs eradicent: & si aliquem virū aut mulierem, huiuscemodi sceleris sectatorem inuenerint, turpiter dehonestatum de parochijs suis eijciant.

Nisi Capuzinorū vel Franciscanorū ordinem maturè assumat Pistori⁹, scelus admissum vix soluet, vtpotè qui non tantùm consuluit Magos & Incantatores, sed ipse Magus & Incantator fuit.

Eadem 26. Quæst. 7. c. 15. Admoneāt sacerdotes fideles populos, vt nouerint magicas artes incantationesq́;, qbuslibet infirmitatib⁹ hominū nihil remedij posse conferre,

non animalibus languentibus claudicantibusué, vel etiam moribundis quicquam mederi: non ligaturas ossium vel herbarum cuiquam mortalium adhibitas prodesse: sed hæc esse laqueos & insidias antiqui hostis, quibus ille perfidus, genus humanũ decipere nititur. Et si quis hæc exercuerit clericus, degradetur, Laic⁹ anathematizetur.

Secundum has leges, Pistorius ad maiores honores, quibus omni conatu inhiat, nullo modo admittendus: sed degradandus, imò ab Ecclesiæ communione separandus & proijciendus, aut sanè à dignitatis, quàm sua ἀποστασίᾳ, & officijs sedi Romanæ præstitis adeptus est, honore suspendendus, ac pœnitẽtiæ monasteriali, eidemq; perpetuæ, tradendus erit.

FINIS.

